


LELAND·STANFORD·JVNIOR·VNIVERSITY

Digitized by Google Розпізнавання тексту АВК/FR


Digitized by Google
Распознавание текста
ABBYY FR

28[illegible].1
M655a

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANNO 1216) PRO LATINIS ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANNO 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA; DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS; AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA USQUE AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA;

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXVII.

LEO DIACONUS. ALII.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,

IN VIA DICTA: *AVENUE DU MAINE*, 208.

1894

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Clichy. — Ex typis PAUL DUPONT, 12, viâ dictâ Bac-d'Asnières. 210.12.93.

BRL0
P4
v.117

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM X. ANNI 977-990.

ΛΕΟΝΤΟΣ ΔΙΑΚΟΝΟΥ ΙΣΤΟΡΙΑ.

LEONIS DIACONI HISTORIA

E RECENSIONE

CAROLI BENEDICTI HASII

INSTITUTI FRANCIÆ ACAD. INSCRIPT. SOCII, ETC.

PRÆMITTITUR

MENOLOGIUM GRÆCORUM

BASILII PORPHYROGENITI IMPERATORIS JUSSU EDITUM.

ACCEDUNT

HIPPOLYTI THEBANI, GEORGIDIS MONACHI, IGNATII DIACONI, NILI CUJUSDAM, CHRISTOPHORI PROTOASECRETIS, MICHAELIS HAMARTOLI, ANONYMI,

SCRIPTA QUÆ SUPERSUNT.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri Universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES

IN VIA DICTA : *AVENUE DU MAINE*, 208.

1894

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM X. ANNI 977-990.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXVII CONTINENTUR

BASILIUS PORPHYROGENITUS IMP.

Menologium Basilianum, ex editione cardinalis Albani. col. 9
Basilii imp. novellæ Constitutiones. 613

LEO DIACONUS CALOENSIS.

Præfatio D. Caroli Benedicti Hasii, Instituti Franciæ Academiæ Inscriptionum socii, etc., ad Leonem Diaconum. 635
Leonis Diaconi Historiæ libri decem. 655

ANONYMUS.

De velitatione bellica Nicephori Augusti, ex editione D. Caroli Benedicti Hasii post Leonem Diaconum. 925
Excerpta ex historiis Arabum de expeditionibus Syriacis Nicephori Phocæ et Joannis Tzimiscis, ex editione Christiani Lassenii. 1007

HYPPOLYTUS THEBANUS.

Fragmenta ab Andrea Gallandio collecta. 1025

GEORGIDES MONACHUS.

Gnomologium. 1057

IGNATIUS DIACONUS.

Drama de primi parentis lapsu. 1163
Versus ad Paulum discipulum suum. 1173
Iambi alphabetici. 1175

NILUS.

Versus alphabetici. 1177

CHRISTOPHORUS PROTOASECRETIS.

Exhortatio duplex ad Israelitas. 1179

MICHAEL HAMARTOLUS.

Epistola ad Tyri præsulem. 1185

ANONYMUS.

Versus politici catanuctici juxta alphabetum ex parte animæ dolentis ad Salvatorem. 1186

SUIDAS.

Indices tres Lexicon Suidæ compendiose repræsentantes. 1193

256423

YHAMBLI CHO

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

BENEDICTO XIII PONTIFICI MAXIMO

ANNIBAL TITULI SANCTI CLEMENTIS PRESBYTER CARDINALIS ALBANUS

S. R. E. CAMERARIUS, ET BASILICÆ VATICANÆ ARCHIPRESBYTER,

PERENNEM FELICITATEM.

—

Basilianum Menologium, cujus alteram semestrem partem Clemens undecimus Sanctitatis Tuæ decessor in ipso adolescentiæ flore ex Græco vetustissimo codice monasterii Cryptæ Ferratæ descriptam ab interitu vindicatam Latinitate donaverat, tuis, BEATISSIME PATER, auspiciis in publicam eruditorum hominum utilitatem evulgatur. Et jure quidem meritoque. Ipsa enim sanctorum Acta in magni imperatoris usum jam olim collecta, tuum sibi nomen præscribere gestiunt, tibique gratulari videntur, quod summus Ecclesiæ magister ex hac innocentiæ ac sanctitatis disciplina prodieris; quodque ab ineunte ætate sacris rebus addictus, iisque exercendis toto fere vitæ spatio occupatus, inter maximas apostolicæ dignitatis curas hanc præcipuo loco habeas, aliosque habere peroptes, ut sacræ antiquitatis cognoscendæ illustrandæque studium in dies augeatur. Neque vero casu accidisse existimo, ut opus jamdudum absolutum, preloque multis ante annis destinatum, nunc tandem typis Urbinatibus, quos summa beneficientia complexus es, in lucem prodire potuerit cum octo spectatissimi Ecclesiæ nostræ Romanæ alumni, virtutibus atque miraculis insignes, sapientissimo Beatitudinis Tuæ judicio in sanctorum canonem relati sunt. Hoc enim Græcam Ecclesiam decebat, ut matrem filia sequeretur; quæque novos sanctos, quos proferat, non habet, antiquos saltem ex toto Oriente in unum volumen collectos exhiberet, simulque testaretur, feracissimas fuisse sanctorum omnis ætatis, ordinis, atque conditionis orientales terras, cum Romano pontifici parerent, perque operarios idoneos colerentur. Quo igitur patrocinio, sanctissime Pater, hanc exspectatissimam editionem complectere, in qua dum decessoris tui Clementis undecimi primos studiorum fructus publici juris facimus, tua plane studia repræsentamus, qui a puero religionis litterarumque exercitationibus animum applicuisti. Hoc insuper enixis assiduisque precibus Deum Optimum Maximum rogamus, ut Græcorum Ecclesiam cum Romana matre sua conjungens, in eum statum Benedicto XIII pontifice maximo illam restituat, qui Benedicto septimo sedente tum erat, cum Basilius Porphyrogenitus imperator Menologium istud in suum usum describendum curavit.

TYPOGRAPHUS CANDIDO LECTORI *.

Menologium Basilii Porphyrogeniti imperatoris jussu descriptum, pictisque sanctorum imaginibus ornatum, qua parte vices temporum, barbariæ neglectum, et communia librorum fata vitare potuit, Constantinopoli ad Ludovicum Sfortiam Mediolani ducem allatum fuit: deinde apud Sfondratorum gentem servatum, et a Paulo S. Cæciliæ Cardinali Sfondrato sibi dono datum, Paulus V pontifex maximus bibliothecæ apostolicæ Vaticanæ addixit: idem summis eruditorum hominum laudibus celebratum, et votis expetitum, nunc demum in publicam lucem prodit.

Dolebant quidem docti viri tandiu latere præstantissimum codicem, quo nihil esset ad excitandam Christianam pietatem, ad confirmandam orthodoxæ religionis veritatem, ad ecclesiasticam antiquitatem sacrarumque rerum historiam illustrandam conducibilius; nihil denique nostra ætate gratius litteratis hominibus ad ejusmodi studia cum insigni Ecclesiæ sacræque criticæ fructu certatim incumbentibus. Enimvero curiosis plisque eorum studiis satisfacere utcunque conati sunt de ecclesiastica Græcorum eruditione optime meriti Leo Allatius, et Petrus Arcudius. Ille enim in *Dissert. de libris ecclesiasticis Græcorum*, § 12, codicis ætatem, præstantiam fortunamque scripto persecutus est. Arcudius vero eumdem Latine vertit, ejusque interpretationem apud Ferdinandum Ughellum *Italiæ Sacræ* tom. VI typis impressam legimus. Verum Allatius scri-

* Prodiit editio Menologii Urbini MDCCXXVII, 3 vol. fol., miro typorum splendore ornata.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ptis suis exposita codicis raritate, curiosorum desiderium auxit ; et Arculii interpretatio haud satis accurata, Græci textus necessitatem lectoribus ostendit ; in hujus præsertim ætatis et criticæ artis luce, quæ ex interpretationibus ad consulendos textus magis accenditur. Itaque cardinalis Joseph Maria Thomasius, morum sanctitate et sacra eruditione celeberimus, cum ejus thesauri pretium optime nosset, curas suas ad illum vulgandum contulit : quod assiduis votis optaverat ; fecissetque, nisi virum eximium in clericorum regularium ordine tunc agentem, voluntate instituloque pauperem, impensarum magnitudo deterruisset. Codicis enim dignitatem supra cæteras laudes commendant quadringentæ ac triginta imagines ab illustribus Basiliani ævi artificibus minio depictæ, quæ sanctorum martyrum, confessorum, sacerdotum, monachorum, virginum, mulierum, tortorum, tyrannorum, judicum, vestes, arma, sedes, ornatus ; necnon ædium, templorum, tribunalium. structuram, formam, apparatum, oculis exhibent : quibus ære incidendis et excipiendis non modica vis auri fuisset impendenda.

Sed Clementi XI, pontifici maximo, hæc laus reservabatur, ut publicam rem faceret, quæ hactenus magnorum principum fuerant pretiosa cimelia : cujus providentia codicem quovis auro cariorem, vetustate tamen jam fatiscentem, et picturis prope fugientibus obsolescentem, in pristinum ornatum restituit ; cujus sumptibus tabulæ omnes exceptæ fuissent, nisi mors intercessisset. Inchoato operi supremam manum imposuere ejusdem successores Innocentius, et Benedictus XIII, quorum ille dum præclarum antiquitatis monimentum munificentia sua complectitur, in vivis esse desiit ; hic non tabulas modo perfecit, sed elegantissimos etiam Græcos typos ad procurandam editionem liberaliter suppeditavit.

Illud tamen supererat, ut jactura alterius partis, quæ jam olim misere intercidit, ad integritatem optatissimi operis utcunque resarciretur ; et adjectis ex aliquo non inferioris ævi manuscripto codice sex posterioribus mensibus, sanctorum si minus tabulas, Vitas saltem per integrum anni circulum digestas, absolutumque Menologii corpus acciperent sacrarum rerum studiosi. Hoc autem subsidium a domestica etiam Clementis XI manuscriptorum bibliotheca, lectissimis omnium linguarum monimentis locupletissima, imo vero ab ipsis illius schedis, atque a primis adeo ejus pueritiæ exercitationibus impetravimus. Is enim vix annum ætatis decimum septimum egressus, ex vetustis codicibus monasterii Cryptæ Ferratæ alteram illam Basiliani Menologii partem, quam periisse litterati viri dolebant, a se inventam, sua manu Græce descripserat, et accuratissima interpretatione Latinam fecerat : quam etsi modestia ejus plane singularis diuturnis tenebris oppressit, publica tamen utilitas diutius latere non patitur. Mutilo igitur operi semestrem alteram partem illius diligentia conservatam Latineque redditam adjungimus ; ut partim ab interitu creptum, partim e tenebris erutum, partim Latinitate donatum, immortali ejus nomini posteritas acceptum referat.

Bollandiani socii eruditis tanti adolescentis laboribus aliquot collectionis suæ menses locupletarunt, Græca sanctorum gesta ad calcem Martii, Aprilis, Maii, et Julii, ex commentariis Albanis adjicientes. Etsi autem Latinas eorumdem mensium, simul et Junii atque Augusti, interpretationes idem Clemens XI confecit ; in ipsius tamen schedis, quæ supersunt, Aprilis tantum et Maius integri ; Martii priores viginti ; Junii ac Julii aliquot dies Latine versi, propriaque ejus manu exarati conspiciuntur : reliqui quorsum cesserint, quove fato aut delitescant aut interierint, incompertum. Monachi Baciliani Cryptæ Ferratæ Augustum mensem, qui ex Albano apographo exciderat, aliquot foliis mutilum, ex eodem autographo Græce, recentioribusque Menologiis Græce supplentes. Latinam ejusdem versionem adornarunt. Cæteros Martii, Junii ac Iulii dies e Græco sermone Latinos fecit P,) Petrus Benedictus e Societate Jesu, Syrus Maronita, vir Latinis, Græcis, Hebraicis, Syriacis, Arabicisque literis excultissimus, qui ejusdem Clementis XI jussu, martyrum etiam Persarum historiam ab antiquissimo Syro scriptore exaratam, aliorumque sanctorum res gestas in præstantissimis codicibus Syriacis descriptas, quos idem pontifex ex Orientis latebris eductos, una cum pluribus aliis linguarum orientalium selectis manuscriptis, in bibliotheca Vaticana ad communem utilitatem dedicavit, in Latinum sermonem convertit, easdemque typis propediem edendas exspectamus.

Quam vero Petri Arcudii nomine Ughellus vulgavit priorem semestrem Menologii partem, a cl. v. Josepho Simonio Assemano sacros, basilicæ Vaticanæ presbytero beneficiato, qui eosdem codices orientales in bibliotheca Clementino-Vaticana recensuit, castigatam novaque propemodum interpretatione donatam edimus : a Græco enim textu quam longissime distabat, quemadmodum facta collatione perspicuum reditur : multa siquidem ab interprete perperam adjecta vel prætermissa ; quædam alio prorsus, quam textus patitur, sensu exposita ; corrupta alicubi sanctorum etiam nomina ; ubique demum paraphrasim potius, quam fidelem versionem cernere est : adeo, ut genuinum Arcudii viri Græce Latineque doctissimi fetum esse, eruditi vix crederent, nisi Ughellus id affirmaret.

In altera semestri parte, quam, ut supra dictum est, Clementi XI debemus, avulsis ob codicis vetustatem nonnullis foliis, dies aliquot desiderantur : nimirum Junii IX, X, XI, Augusti IV, XIII, XIV, XXVIII, XXIX, XXX, XXXI. Eos ex Menæis excusis descriptos Latineque versos adjicimus.

Sanctorum imagines, ut in autographo Vaticano conspiciuntur, sic ad vivum ære incisas damus : sunt enim pretiosa antiquitatis momenta, etsi ab arte pingendi nonnihil recedunt, Pictorum autem nomina,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quæ ad marginem singularum imaginum in eodem autographo exstant hæc sunt : *Pantaleo Simeon, Michael Blachernita, Georgius, Menas, Simeon Blachernita, Michael parvus, Nestor.* Eamdem in hujus editionis margine quadringenties ac trigesies repetere, nullius operæ pretium duximus.

Menologio præmittimus testimonia virorum illustrium de utraque ejus parte : ex quibus constat primo Basilium imperatorem, cui Menologium tribuitur, non Macedonem esse, qui anno Christi 886 imperium tenebat, ut card. Baronius existimavit ; sed Porphyrogenitum, qui sæculo integro posterior Macedone fuit : quod Allatius et Ughellus demonstrant. Secundo, semestrem alteram partem, cujus initium a mense Martio ducitur, quamque Bollandiani socii in monasterio Cryptæ Ferratæ repertam dicunt, a Joanne Francisco Albano iis Græce Latineque transmissam fuisse ante annum Christi 1668 quo mensem Martium ex Basiliano Menologio edidere, quemadmodum Joannes Ciampinus in Diario anni 1676 testatur,

Subjungimus Græcam Petri Possini e Soc. Jesu ad eumdem Joannem Franciscum Albanum epistolam scriptam die 26 Decembris anni 1661, ex qua palam fit, præclarum adolescentem ineunte anno ætatis tertiodecimo (natus enim fuit mense Julio anni 1649) in Græcæ linguæ studio usque adeo profecisse, ut non solum pure emendateque, sed eleganter etiam ornateque litteras ea ligua conscribere.

Ut opus in duas partes divideretur, Græcus textus in binas semestres distributus postulare videbatur. Verum quia priorem partem quadringentæ ac triginta sanctorum imagines duplo majorem posteriore efficiunt ; Menologium in tres partiri necesse fuit, quarum pars prima Septembrem, Octobrem ac Novembrem ; altera Decembrem, Januarium et Februarium ; tertia reliquos sex anni menses complectitur.

Illis fruere, amice Lector ; editionemque eminentissimo ac reverendissimo domino Annibali tit. S. Clementis presbytero cardinali Albano S. R. E. camerario, et basilicæ Vaticanæ archipresbytero, Clementis XI fratris filio de republica litteraria optime merenti, acceptam referto, cujus consilio, studio, sumptibus in tuum commodum cedit.

DE MENOLOGIO BASILII IMPERATORIS

VIRORUM ILLUSTRIUM TESTIMONIA.

—

Card. Baronius ad annum 886 *de Basilio Macedone imp.*

Ad eumdem Basilium rursus spectat (ne quid prætermittatur antiquitatis) quod scribendum curavit, et augendum Græcorum Menologium ; quod etiam exornavit imaginibus, quibus singulorum exprimerentur certamina. In cujus fronte ejusmodi scriptum invenimus iambis versibus epigramma in scripto codice Vincentii Pinelli Patavio ad nos Ferrariam, cum illic essemus cum pontifice, misso.

Basilius imperator hujus climatis
In pace præstans, atque rebus bellicis.
Et pellibus pactum, sequens ex ordine
Pulchras fereas imagines ut sideras.

Exstat autographum ipsius Basili volumen imaginibus magni pretii decoratum per dies singulos, singulosque sanctos, de quibus mentio habetur in versibus. Vidimus et legimus nobis concessum a Paulo Sfondrato Sanctæ Cæciliæ cardinali, nepote felicis memoriæ Gregorii papæ decimi quarti.

Leo Allatius in dissertatione de Libris Ecclesiasticis Græcorum, § 12.

Menologia non alia sunt (et erit duodecimus liber) quam quæ Latinus *Martyrologia* vel Kalendaria dixerit, nec aliud in illis habetur nisi vel sanctorum vitæ quolibet die per totum annum summatim expositæ, vel quorum vitæ non habentur commemoratio, nullaque ibi aut officii ordinandi, aut recitandi series continetur. Verum est tamen sæpissime Menologiorum horum partem, eamque non minimam in Menæis inter Canones post odam sextam esse digestam, ut sine alterius libri ope, qui officium in ecclesia aut domi recitat, habeat unde celebrandorum sanctorum historiolas et commemorationes legati. Hoc Menologium apud Græcos non unum est, sed pro opportunitate temporis variam quoque faciem induit ; aliud quippe est quod nobis Latine tantum ex versione cardinalis Sirleti, Canisius in Antiquis Lectionibus repræsentavit : aliud quod separatim hinc inde manuscriptum adhuc in bibliothecis, et Barberina potissimum, quod et antiquissimum est, asservatur : quæ nec omnia sibi invicem respondent : aliud quod in Menæis Græcorum insertum est : aliud quod post divinas Horas, Evangelium, Apostolum, aliosque libros legitur. Menologium ex Menæis Græcorum erutum, et in linguam Græcorum vernaculam versum a Maximo Margunio Cytherorum episcopo edidit Antonius Pinellus Venetiis anno 1529, in-4.

Baronius, anno Domino 886, refert Basilium Macedonem imperatorem Græcorum Menologium scribendum curasse et augendum, atque etiam imaginibus exornasse, quibus singulorum sanctorum exprimerentur certamina : cujus ipsum autographum vidimus, et legimus concessum nobis a Paulo Sfondrato S. Cæciliæ cardinali, nepote Gregorii papæ XIV. Menologium hoc, auro gemmisque pretiosius

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Constantinopoli ad Ludovicum Sfortiam satis munifice advectum, Ludovico vita functo, Joannes Baptista Francisci Sfondrati, cardinalis parens, avusque Nicolai Sfondrati cardinalis, in arbitrio ac potestate habuit, quemadmodum monumenta alia, maximæque æstimationis scripturas ejusdem Ludovici, apud quem Baptistæ auctoritas plurimum pollebat, ut ex diversis legationibus, quas ille ob gravissima negotia apud omnes fere principes Christianos, Innocentium nempe VIII, Carolum Galliæ, Ferdinandum et Elisabetham Hispaniarum, Ferdinandum Neapolis et Siciliæ regem, et tandem rempublicam Venetam, ubi et mortem obiit, colligere possumus. Postmodum a Paulo Sfondrato cardinali dono acceptum Paulus V in bibliothecam Vaticanam invexit, et præfixa incipiione significavit.

Paulus V pontifex maximus hunc librum Constantinopoli ad Ludovicum Sfortiam Mediolani ducem allatum, deinde servatum apud Sfondratorum familiam a Paulo S. Cæciliæ cardinali Sfondrato sibi dono datum, in bibliothecam Vaticanam inferri jussit anno 1615 *pontificatus* XI.

Liber unam tantum Menologii partem, quando sex tantum mensibus, Septembre, Octobre, Novembre, Decembre, Januario, et Februario absolvitur, continet. Altera quibusnam caveis addicta lateat, incertum est, et utinam non communem sortem librorum passa, igne vel ferro, vel impiorum aut otiosorum hominum manibus, elementorum etiam injuria, in luce esse desierit. Scriptus est in folio grandi pergameno affabre perpolito, licet ætate jam victa aliquantulum subluridо, forma quasi quadrata, characteribus elegantissimis, nusquam pro illius atramenti facultate, quod nigrum non tingit, nigricantibus. Capitales quas vocant litteras, auro efformantur, singularum pagellarum pars superior nomina sanctorum illius diei repræsentat, alterius dimidia scripta compendio sanctorum gesta, altera imaginibus coloribusque non indiligenter, et pro eo tempore satis eleganter, sub oculos ponit. Picturam recentiores miniaturam vocant : neque enim oleo, sed aqua gummique colores temperantur. Imagines non ab una manu promanant, ideoque nec unius omnes conditionis, sed una altera concinnior, accuratior, et ad artem accommodatior excellit, et ne ἀδέσποτοι palarent, pictor quilibet imagini a se depictæ in margine libri nomen expressit. Pictorum nomina sunt, *Pantaleo*, *Michael Blachernita*, *Georgius*, *Simeon*, *Michael parvus*, *Menas*, *Nestor*, *Simeon Blachernita*. Imagines ita disponuntur, ut una alteri adversæ non respondeat, sed litteris et sanctorum vitis : quare nunc superiorem partem paginæ, quando alterius superior pars scriptionem refert, nunc inferiorem, quando alterius inferior descripta est.

Quando liber scriptus sit, divinare non possumus : abhinc tamen anno 662 scriptum, videntur *indicare* qui operi præfiguntur iambi. Hi vero sunt.

Ἐνταῦθα νῦν σκόπησον ὀρθῶς ὁ βλέπων, etc.

Ex versione Joannis Argoli.

Considera probe oculis hic, o qui aspicis,
Ex rebus optimis opus ceræ optimum,
Dei, inquam, opus pulcherrimum mentem impetens
Visu creata cuncta delectans merito,
Ut namque supra rex poli summi artifex
Cælum choreis condecorans clarum igneis,
Quod pellis instar vocis explicuit sono,
Mundum irradiat sapiente providentia ;
Infraque ut ipsum moribus splendens paribus
Terræ plagas totius, et rex purpuræ
Basilius, filiusque duplici potens
Fama, triumphis scilicet, sermonibus, etc.

Et hoc est Menologium Baronio visum, nec abnuo ; studio, jussuque Basilii imperatoris descriptum, exornatumque imaginibus, nisi aliunde edoctus fuero, non credam, quemadmodum et Basilium hunc Macedonem fuisse : ex iambis enim hic Basilius Porphyrogenneta asseritur : ἀναξ ὅλης γῆς, ἥλιος τῆς πορφύρας Βασίλειος, τὸ θρέμμα τῆς ἁλουργίδος, *Imperator terræ universæ, sol purpuræ Basilius et alumnus.* Id de Macedone dici non potest, cum neque Porphyrogenneta fuerit, nec imperatore patre natus sit, neque adultus. Zonaras in Constantino Duca, Τὴν μὲν βασιλείαν αὐτοῦ καταλέλοιπε τρισὶν υἱέσιν, etc. *Imperium tribus fijiis reliquit, quorum duos, Michaelem et Andronicum Eudocia privato adhuc, Constantinum vero imperanti pepererat, cum et ipsa Augusta appellata esset. Unde hic solus Porphyrogenitus fuit, ac statim præ cæteris imperii insignibus adornatus.* Ex eo nempe Porphyro genitorum nomen emersit, ut qui imperante patre nasceretur, sive in thalamo Porphyræ dicto, sive purpura obvoluti, Porphyrogennetæ dicerentur. Herodianus hist. lib. I, de Commodo Marci imperatoris filio : Ἔδωκε δὲ μετ' ἐκεῖνον, etc. *Nunc ne post Marcum patrem vobis fortuna principem dedit, non quidem ascititium, quales ante me fuerunt, neque veluti acquisito imperio gloriantem, quippe unus ego vobis natus, educatusque in aula, non quidem privatis obvolutus fasciis, statim me ut ex alvo prodieram, imperatoria purpura suscepit, simulque sol hominem me vidit, et principem.* Et Themistius orat. 6. de Valentino Gratiani imperatoris fratre : Πρῶτος γὰρ δὴ τῶν τῆς εὐδαίμονος οἰκίας ἐσπαργανώθης ἐν ἁλουργίδι, *Primus autem tunc inclytæ domus purpureis obvolutus est fasciis.* Dicitur tamen de Basilio Juniore, qui circa annum Domini 977, cum Constantino Porphyrogenneta imperium tenuit.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Ferdinandus Ughellus, Italiæ sacræ *tom.* VI, *pag.* 1049 *et seq.*

Menologium Græcorum jussu Basilii Junioris imp. Constantinopolitani ante annum Sal. 984 conscriptum, et ad fidem membranacei codicis Vaticani a Petro Arcudio Corcyrensi V. C, Latine versum, nunc primum edidit Fernandus Ughellus (*Anno scilicet* 1659).

Liber iste Græcus, cujus hic versio Latina habetur, jussu olim Basilii Porphyrogennetæ Junioris imp. ante fere annos 684 conscriptus fuit, ipsorumque, quorum in eo elogiis celebrantur, divorum imaginibus ornatus, asservatur in Vaticana pontificis maximi bibliotheca : de quo vir cl. et eruditissimus Leo Allatius in *dissert. prim. de lib. Eccl. Græcorum* scribit in hæc verba : « Menologium hoc auro gemmisque pretiosius, Constantinopoli ad Ludovicum Sfortiam satis munifice advectum. » *Cætera ut supra apud Allatium usque ad finem. Pergit Ughellus* :

Hæc Leo. Sed quod magis arguit Menologium hoc scriptum fuisse Basilii Junioris jussu, est, quod in eo fit mentio ad 17 Kalend. Januarii sanctæ Theophanonis, uxoris primæ Leonis imperatoris, Basilii Macedonis filii, aliorumque sanctorum, qui longe post Basilium Macedonem vixerunt. Cæterum cum penes me esset ipsa Arcudii versio originalis, placuit in gratiam rerum ecclesiasticarum amatorum hic eam exhibere, Tu interim, candide Lector, utere et vale.

Bollandiani socii in Actis sanctorum *tom*, I *Martii*, *pag.* 861.

Integre habere curavimus præclariora duo Menologia ; quorum unum ex collegio societatis nostræ Claromontano Parisiis accepimus mutuo ; alterum partim ex mss. monasterii Cryptæ Ferratæ in Latio ; partim ex Bibliothecæ Vaticanæ codice transcribi jussimus. Atque hoc postremum illud est, cujus primam partem elegantissime descriptam a Paulo S. Cæciliæ cardinali Sfondrato, Paulo V, pontifici maximo, dono datum, et a Petro Arcudio Latine redditum, *Italiæ sacræ* tom. IV, subtexuit Ferdinandus Ughellus : questus alteram latere incertum quibusnam in caveis, aut communi forte librorum sorte, igne aut ferro, vel impiorum aut otiosorum hominum, vel elementorum injuria desilse. Verum non latitantem in caveis ; sed ad divini officii usum tot quot ipsa complectitur mensibus a Martio ad Septembris initium servientem, reperimus in prænominato monachorum Basilianorum monasterio : non quidem pari characterum elegantia et picturarum ad singulas paginas deliciis exornatam (qualem in Vaticano esse, sicut audivimus, legimusque, sic et vidimus), sed antiquitate fide nihilo inferiorem, eumdemque Basili imperatoris titulum præferentem : ut hanc Vaticanæ illius partis si non germanam alteram, ab eadem manu velut utero prognatam, certe genuitam ex patre atque auctore eodem, tum cæteris indiciis, tum styli perfectissima similitudine, nihil hæsitantes crederemus. Ex hac igitur mensem primum, id est, Martium hic damus in specimen Menologiorum cæterorum omnium. Est enim cæteris quæ vidimus omnibus illustrior hæc collectio, auctoritatisque majoris ; eo quod non privato alicujus arbitrio compilata, sed in publico Ecclesiarum Constantinopolitanarum usu fuisse videatur : cum jussu Basilii imperatoris Porphyrogeniti ante annum salutis 984, esse exarata cognoscatur. An prima in hoc genere ? non audemus divinando asserere : nedum definire, quanto sit Menologiorum usus in Ecclesia Græca sæculo jam nominato anterior, etc.

Synaxarium ex Menologio jussu Basilii imperatoris collecto, cujus sex postremi menses exstant manuscripti in monasterio Cryptæ Ferratæ in Latio, etc.

Joannes Ciampinus, in libro cui titulus, Il Giornale de' Letterati, *editio Romæ anno* 1676, *in primo Diario mensis Aprilis ejusdem anni, cum Acta sanctorum Aprilis collecta et illustrata a Godefrido Henschenio, et Daniele Papebrochio Soc. Jesu retulisset, de Græcorum Menologio hæc subjungit pag. 8 :*

Ma sopra tutto, a questo proposito non e da tacerci come in quest' opera si rapporta *per extensum* l'originale Greco del mese di Aprile di un antichissimo Menologio trovato nel monasterio di Grotta Ferrata. Contiene questo i Santi di soli sei mesi, cominciando da Marzo fino a tutto Agosto ; ma la mancanza delg' altri sei non toglie, anzi accresce il preggio del ms., poiche nella Vaticana si conservano a punto quegl' altri sei mesi, che mancano per rendere l'anno intiero, fatti scrivere d'all imperadore Basilio Porfirogenito Juniore, e traslatati dal Greco da Pietro Arcudio. Non si era di tutta questa nuova parte bavuto per l'addietro notizia veruna : onde Monsignor Leone Allazio la crede del tutto smarrita, e l'Ughelli, nel fine del sesto tomo dell' Italia Sacra, ove rapporta la traduzione delli sei mesi del Menologio Vaticano, si duole anch' esse dello smarrimento di si bella memoria. Molto percio si deve al Signor canonico Giov. Francesco Albani, poiche egli trasmise agl' autori la tralazione Latina di quest' ultimo ms. et attesta essere in tutto somigliante, nel carattere, nella forma e nellafrase, al Vaticano.

—

Petri Possini e Soc. Jesu Epistola Græca ad Joannem Franciscum Albanum scripta Romæ die 26 *Dec* 1661.

Εὐγενεῖ καὶ Φιλομούσῳ μειρακίῳ Ἰωάννῃ Φραγκίσκῳ τῷ Ἀλβάνῳ, Πέτρος Ποσσῖνος ἐκ τῆς ἑταιρείας τοῦ Ἰησοῦ, χαίρειν καὶ εὖ πράττειν.

Θαυμάζω σε τῆς εὐφυΐας καὶ φιλοπονίας, αἷς ἐγκείμενος εἰς μελέτην τῆς Ἑλληνικῆς γλώσσης, εἰς τόσαν προβέβηκας, ὥστε οὐ καθαρῶς καὶ ἀμέμπτως

Nobili ac studioso adolescentulo Joanni Francisco Albano, Petrus Possimus Soc, Jesu S. P. D.

Admiror egregiam indolem ac solertiam, qua in Græcæ linguæ studium incumbens usque ade profecisti, ut non solum pure emendateque, sed el

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ganter etiam ornateque litteras ea lingua conscribas. Qua de re ita tibi gratulor, ut de amicorum felicitate et recte factis convenit gratulari. Moneo quoque et hortor, ne a tam præclaris initiis absistas, neque illustrium parentum spem bonam fallas; sed longanimitate et laboris patientia ad gloriæ, quam appetis, verticem evadas. Novum annum, quem propediem, Deo dante, inituri sumus, felicissimum tibi adprecor. Et quoniam veteri more solemne est circa Januarias Kalendas munera mittere, pro munusculo aureum hoc Gregorii Nazianzeni tetrastichon mitto:

Sermone inerti præstat elinguis labor.
Nam nemo rebus gestis absque claruit,
Sed absque verbis multos facta sublevant,
Non est loquentis, verum agentis gratia.

Vale, amicissimum caput.

Romæ VII *Kal. Januar. MDCLXI.*

A μόνον, ἀλλὰ κοσμίως τε καὶ καλλιγράφως ἐπιστέλλειν ἐκείνῃ τῇ διαλέκτῳ. Ἐγὼ γοῦν ἐπὶ τῷ γε συνήδομαι, οἷα πρέπει συνήδεσθαι ἀνδραγαθήμασι καὶ προτερήμασι τῶν φίλων· παραινῶ δὲ ἅμα καὶ παρακαλῶ μὴ ἀτελεῖς καταλιμπάνειν οὕτω λαμπρὰς ἀρχάς· μηδ' ἀπατᾷν χρηστὰς ἐλπίδας τῶν σεμνῶν γονέων· ἀλλ' εἰς τῆσδε τῆς ἐρασθείσης σοι δόξης φθάνει τὴν κορυφὴν διὰ μακροθυμίας καὶ φερεπονίας. Εὔχομαί σοι εὐτυχέστατον τὸν νέον ἐνιαυτὸν οὗ μεθ' ὕστερον, Θεοῦ γε δόντος, ἐπιβήσομεν· καὶ ὡς ἐστι πάλαι νόμιμον δῶρα πέμπειν τοῖς φίλοις ἀμφὶ τὴν νουμηνίαν τοῦ Ἰανουαρίου, ξενίου δίκην χρυσοῦν Γρηγορίου τοῦ Ναζιανζηνοῦ προσάγω τετράστιχον.

B Ἄφωνον ἔργον κρεῖσσον ἀπράκτου λόγου.
Βίου μὲν οὐδεὶς πώποθ' ὑψώθη δίχα,
Λόγου δὲ πολλοὶ τοῦ καλῶς ψοφουμένου·
Οὐ γὰρ λαλούντων, εὖ βιούντων δ' ἡ χάρις.

Ἔρρωσο, φιλτατη κεφαλή.

Ῥώμηθεν, ἕκτῃ φθίνοντος Δεκεμβρίου, ἔτει αχξά.

MENOLOGII GRÆCORUM

PARS PRIMA

A MENSE SEPTEMBRI AD NOVEMBREM.

—

1 Hic nunc specta recte qui vides,
Optimum opus ex optimis rebus:
Opus Dei pulcherrimum, in stuporem rapiens [mentes:
Opus delectans omnem merito creaturam.
Supra enim ipse, ut Deus et Dominus,
Astrorum choreis depingens cælum,
Quod, tanquam pellem, extendit verbo,
Mundum illustrat sapientissima providentia
Qui autem hunc modis exprimit,
Rex totius terræ, sol purpuræ,
Basilius fasciarum alumnus,
Præstantissimus in utroque; tropæis, et verbis;
Tanquam alterum certe cœlum, faciens librum,
Ex pellibus extensum, uti se habet natura,
Ferentem, velut luminaria, venustas figuras,
Primum quidem ipsius Dei hominis Verbi;
Deinde Matris, quæ sine semine genuit;
Sapientumque, prophetarum, angelorum, archan- [gelorum;
2 Orthodoxorum omnem lætificat mentem:
Delectat simul omnem jucunditate visum.
Sed quos quidem effinxit coloribus
Inveniat auxiliatores omnes in negotiis,
Conatuum adjutores, commilitones in pugna.

C Ἐνταῦτα νῦν σκόπησον ὀρθῶς ὁ βλέπων,
Ἄριστον ἔργον ἐξ ἀρίστων πραγμάτων.
Ἔργον Θεοῦ κάλλιστον ἐκπλῆττον φρένας·

Ἔργον τὸ τερπου πᾶσαν εἰκότως κτίσιν.
Ἄνω γὰρ αὐτὸς, ὡς Θεὸς καὶ Δεσπότης,
Ἄστρων χορείαις ζωγραφήσας τὸν πόλον,
Ὃν, οἷα δερρὶν ἐξέτεινε τῷ λύγῳ,
Κόσμον δαδουχεῖ πανσόφῳ προμηθίᾳ·
Ὁ δὲ τοῦτον εἰκονίζων τοῖς τρόποις,
Ἄναξ ὅλης τῆς γῆς, ἥλιος τῆς πορφύρας,
Βασίλειος, τὸ θρέμμα τῆς ἀλουργίδος.
Κράτιστος, ἀμφοῖν, καὶ τροπαίοις καὶ λόγοις,
Ὡς ἄλλον ὄντως οὐρανὸν τεύξας βίβλον,
Ἐκ δερρέων ταθεῖσαν, ὡς ἔχει φύσις,
D Φέρουσαν ὡς φωστῆρας ὡραίους τύπους·
Πρῶτον μὲν αὐτοῦ τεῦ Θεανθρώπου Λόγου,
Ἔπειτα Μητρὸς τῆς τεκούσης ἀσπόρως·
Σοφῶν, προφητῶν, ἀγγέλων, ἀρχαγγέλων,

Τῶν ὀρθοδόξων πᾶσαν εὐφραίνει φρενα·
Τερπει δὲ πᾶσαν τερπνότητι καὶ θέαν.
Ἀλλ' οὔσπερ εἰκόνισεν ἐκ τῶν χρωμάτων,
Εὕροι βοηθοὺς πάντας ἐκ τῶν πραγμάτων,
Κράτους συνεργοὺς, συμμάχους ἐν ταῖς μάχαις,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Παθῶν λυτρωτὰς, φαρμακευτὰς τῶν νόσων·

Ἐν τῇ κρίσει πλεον δὲ πρὸς τὸν Δεσπότην
Θερμοὺς μεσίτας, προξένους καὶ τῆς ἄνω
Δόξης ἀφράστους, καὶ Θεοῦ σκηπτουχίας

A Pravorum affectuum frenatores, morborum cura-
[tores,
In judicio autem maxime apud Dominum
Fervidos mediatores, conciliatoresque supernæ
Gloriæ occultos, et divini imperii

ΜΗΝΙ ΣΕΠΤΕΜΒΡΙΩ.

ΕΝ ΤΗ ΠΡΩΤΗ

Ἀρχὴ τῆς Ἰνδίκτου.

Τὴν Ἴνδικτον ἑορτάζει ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία, ἀπὸ τῶν ἀρχαίων παραλαβοῦσα, διὰ τὸ νομίζεσθαι ἀρχὴν εἶναι τοῦ χρόνου ἀπὸ ταύτης τῆς ἡμέρας. Ἐπειδὴ Ἴνδικτον λέγουσιν οἱ Ῥωμαῖοι τὴν ἀρχὴν. καὶ τὸν ὁρισμόν. Ἔστιν οὖν καὶ ἡ πρώτη ἡμέρα τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς ὁρισμὸς καὶ ἀρχὴ τοῦ ὅλου ἔτους. Ἐπεὶ δὲ Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν βουληθεὶς ἐπευλογῆσαι τὴν ἀρχὴν τοῦ χρόνου, μᾶλλον δὲ ὅλον τὸν χρόνον, ὃν αὐτὸς πρὸ τῶν αἰώνων ἐποίησεν, εἰσῆλθεν εἰς τὴν συναγωγὴν τῶν Ἰουδαίων· καὶ ἐπεδόθη αὐτῷ βιβλίον Ἡσαΐου τοῦ προφήτου. Καὶ ἀνοίξας αὐτὸ, εὗρε τὸν τόπον ὅπου ἦν γεγραμμένον· Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με· εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπεσταλκέ με· κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν· καλέσαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτόν. Καὶ ἀποδοὺς τὸ βιβλίον τῷ ὑπηρέτῃ, ἐκάθισεν. Ἔκτοτε ἐχαρίσατο ἡμῖν τοῖς Χριστιανοῖς τὴν ἁγίαν ἑορτὴν ταύτην, ἣν καὶ προθύμως ἑορτάζοντες εὐχαριστοῦμεν αὐτῷ.

B

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Συμεὼν τοῦ Στυλίτου.

C

Ὁ ἅγιος Συμεὼν ἐγένετο ἀπὸ Ἀντιοχείας· νέος δὲ ὢν, προσετάγη παρὰ τῶν γονέων αὐτοῦ βόσκειν πρόβατα. Ἀργήσας δὲ ποτε διὰ τὸν χειμῶνα, τοῦ μὴ βόσκειν τὰ πρόβατα, ἀπῆλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸ εὔξασθαι. Καὶ κατὰ συγκυρίαν, ἤκουσε τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου ἀναγινωσκομένου· Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· καὶ ἀφῆκε γονεῖς καὶ πάντα. Καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν λαύρον, τὴν λεγομένην μάνδραν, καὶ ἐγένετο μοναχὸς ἐπὶ τῆς βασιλείας Λεοντος τοῦ Μεγάλου. Ὅπου καὶ τὸ πρῶτον ἀγωνισάμενος, καὶ πάντας τοὺς μοναχοὺς ἐν πάσαις ἀρεταῖς νικήσας, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ δι' ἐγκρατείας καταξηράνας· καὶ γὰρ ἐνήστευσεν ἡμέρας τεσσαράκοντα, τὰς μὲν εἵκοσιν ἱστάμενος, τὰς δὲ εἴκοσι καθεζόμενος, διὰ τὸν κόπον. Ὕστερον ἀνῆλθεν ἐπὶ στύλον· καὶ μυρία θαύματα ποιήσας, καὶ μεγας γενόμενος εἰς πάντας ἀνθρώπους, καὶ πολλοὺς τῶν ἀπίστων βαπτίσας, καὶ τεσσαρακονταεπτὰ ἔτη τὸν Θεὸν θεραπεύσας ἐν εἰρήνῃ ἐτελειώθη.

D

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἡ κοίμησις Ἰησοῦ τοῦ Ναυή.

Οὗτος ὁ Ἰησοῦς ἐγένετο μὲν υἱὸς τοῦ Ναυὴ, διά-

[4] Isa. LXI, 1. [2] Matth. V 3.

MENSE SEPTEMBRI.

DIE PRIMA

3 *Initium Indictionis.*

Indictionis festum diem celebrat Dei Ecclesia, traditione a majoribus accepta, quod ab hac die existimarent esse temporis principium, cum indictionem Romani dicant principium, et finem. Est igitur dies primus mensis Septembris, anni totius principium et finis. Sed postquam Christus Deus noster volens benedicere principium temporis, vel potius totum tempus, quod ipse ante sæcula fecerat, ingressus est synagogam Judæorum, traditusque est ei liber Isaiæ prophetæ, eoque aperto invenit locum ubi scriptum erat: *Spiritus Domini super me : propterea unxit me, evangelizare pauperibus misit me, prædicare captivis remissionem, et cæcis visum, vocare annum Domini acceptabilem* [1]: et reddens librum ministro, sedit; ex eo tempore nobis Christianis sacratam hanc celebritatem largitus est, quam alacri animo peragentes, gratias eidem habemus.

Eodem die.

4 *Memoria sancti Patris nostri Simeonis Stylitæ.*

Sancto Simeoni patria fuit Antiochia. Cum autem adolescens esset, jussus est a parentibus pascere oves. Nactus vero aliquando vacuum ac liberum otium, quod per hyemem oves pascere non licebat, ingressus ecclesiam Dei, ut oraret, contigit ut audiret illam sancti Evangelii lectionem : *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum* [2]. Et statim valedicens parentibus, ac cæteris omnibus, abiit in lauram, quæ etiam mandra dicebatur : monachusque effectus est imperatore Leone Magno : ubi primum acerrime decertavit, et monachos omnes omni virtutum genere superavit, Tanta autem continentia corpus suum coercens, aridum illud effecit: etenim quadraginta continuos dies, viginti quidem stando, reliquos vero sedendo, laboris studio, jejunabat. Demum in columnam ascendit, et innumera miracula patravit. Cumque apud omnes magnus ac celebris evasisset, multosque infidelium baptizasset, et quadraginta septem annos Deo serviisset, in pace decessit.

Eodem die.

5 *Dormitio Josue filii Nave.*

Hic Josue filius quidem Nave fuit, successor a

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

tem Moysis Hebræorum legislatoris, vir fortis, reique militaris peritus. Nam Hiericho munitam alienigenarum urbem expugnavit, Jordanemque fluvium per siccum transivit una cum populo, et arca Dei. Michaelem etiam cœlestis exercitus principem ensem præ manibus tenentem vidit: quo statim cognito, abjectis propriis armis, illius pedibus advolutus: Quid, inquit, imperas servo tuo? Adhæc cum prœlio dimicaret cum alienigenis, solque ad occasum appropinquaret, ipse vero vincendi desiderio teneretur, maximam in Deo spem habens, imperavit soli ut staret: stetitque sol: neque prius occidit, quam hostes fortissime in fugam vertit. Cum igitur exercitui præfuisset, populumque Israeliticum ex eremo recte eductum, in terram promissionis, quæ est Hierosolyma, duxisset, perque annos viginti septem judicasset, mortuus est atque honorifice in eadem terra a populo suo sepultus.

A δοχος δὲ Μωϋσέως τοῦ νομοθέτου τῶν Ἑβραίων· ἀνὴρ ἀνδρεῖος καὶ στρατηγικος. Καὶ γὰρ τὴν Ἱεριχὼ, πόλιν οὖσαν ἰσχυρὰν τῶν ἀλλοφύλων, παρέλαβε· καὶ τὸν ποταμὸν Ἰορδάνην διὰ ξηρᾶς διεπέρασε μετὰ τοῦ λαοῦ, καὶ τῆς κιβωτοῦ τοῦ Θεοῦ. Καὶ τὸν ἀρχιστράτηγον Μιχαὴλ ἐθεάσατο κρατοῦντα ῥομφαίαν, καὶ γνωρίσας αὐτὸν, ἔῤῥιψε τὰ ἴδια ὅπλα, καὶ ἔπεσεν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, εἰπών· Τί προστάσσεις τῷ σῷ οἰκέτῃ; Πολεμῶν δὲ πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους, καὶ τοῦ ἡλίου πρὸς δύσιν ὄντος, ἔχων ἐπιθυμίαν τοῦ νικῆσαι αὐτοὺς, ἐθάῤῥησεν εἰς τὸν Θεὸν, καὶ εἶπεν· Στήτω ὁ ἥλιος· καὶ εὐθέως ἐστάθη ὁ ἥλιος, καὶ οὐκ ἔδυνεν, ἕως ἔτρεψε τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ κατὰ κράτος. Στρατηγήσας δὲ τοῦ λαοῦ, καὶ διαγαγὼν αὐτοὺς ἐκ τῆς ἐρήμου καλῶς, καὶ ἀπαγαγὼν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας ἥτις ἐστὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ κρίνας τὸν λαὸν τοῦ Ἰσραὴλ εἴκοσι καὶ ἑπτὰ ἔτη, ἐτελεύτησε. καὶ ἐτάφη ἐντίμως ἐν αὐτῇ τῇ γῇ ὑπὸ τοῦ ἰδίου λαοῦ.

B

Eodem die

✠ *Certamen sanctarum quadraginta virginum, et Ammonis earum magistri.*

Quadraginta harum virginum et martyrum cœtus patriam habuit Adrianopolim Macedoniæ; doctorem autem fidei Ammonem diaconum, a quo ea quæ ad cœlorum regnum pertinent, didicerunt. Ob eam autem causam a præside ejusdem urbis comprehensæ, multa suppliciorum genera perpessæ sunt, quod idola adorare recusarent. Deinde adductæ Berœam, ut sacrificarent, cum ibi Deum orarent, precibus suis effecerunt, ut sublatus in aera sacerdos idolorum concideret, et statim interiret. Post hæc sanctus Ammon suspenditur, et in lateribus scalpitur, nudoque capite cadentem cassidem induere compellitur: et una cum virginibus ad Licinium tyrannum mittitur. qui adversus illos sententiam mortis pronuntiavit. Et decem quidem earum igne consumptæ sunt: octo cum magistro suo decollatæ: decem in ore, et corde gladio transfixæ decesserunt: sex minutatim concisæ: sex denique injecto in os cadanti ferro exstinctæ sunt.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τῶν ἁγίων γεσσαράκοντα παρθένων, καὶ Ἀμμὼν τοῦ διδασκάλου αὐτῶν.

Τῶν τεσσαράκοντα τούτων παρθένων καὶ μαρτύρων τὸ πλῆθος ἐγένετο ἀπὸ Ἀδριανουπόλεως τῆς Μακεδονίας. Διδάσκαλον δὲ ἔχουσαι τῆς πίστεως Ἀμμὼν τὸν διάκονον, ἔμαθον ὑπ' αὐτοῦ τὰ περὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· διὰ τοῦτο καὶ ἐκρατήθησαν παρὰ τοῦ τῆς αὐτῆς πόλεως ἄρχοντος. Καὶ πολλὰ ἐτιμωρήθησαν διὰ τὸ μὴ προσκυνῆσαι τοῖς εἰδώλοις. Εἶτα ἤχθησαν εἰς Θεροίην, τοῦ θῦσαι. Ἔνθα C προσηύξαντο πρὸς τὸν Θεὸν καὶ ἐκρεμάσθη εἰς τὸν ἀέρα ὁ ἱερεὺς τῶν εἰδώλων, καὶ πεσὼν ἀπέθανε. Καὶ μετὰ τοῦτο ἐκρεμάσθη ὁ ἅγιος Ἀμμὼν, καὶ ἐξέσθη τὰς πλευράς. Καὶ κασσίδα πεπυρωμένην ἐδέξατο κατὰ καφαλῆς. Εἶτα παρεπέμφθη μετὰ τῶν παρθένων Λικιννίῳ τῷ τυράννῳ. Ὁ δὲ ἔδωκεν ἀπόφασιν κατ' αὐτῶν. Καὶ αἱ μὲν δέκα διὰ πυρὸς ἐτελειώθησαν· αἱ δὲ ὀκτὼ μετὰ τοῦ διδασκάλου αὐτῶν ἀπεκεφαλίσθησαν· καὶ αἱ δέκα ξίφει κατὰ τοῦ στόματος, καὶ τῆς καρδίας δεξάμεναι, ἐτελεύτησαν. Αἱ δὲ ἓξ ὑπὸ μαχαιρῶν κατεκόπησαν. Καὶ αἱ ἓξ σίδηρα πεπυρωμένα κατὰ στόματος λαβοῦσαι, ἀπεθανον.

EODEM MENSE.

Die secunda

✠ *Certamen sancti magni martyris Mamantis.*

Mamas celeberrimus martyr Aureliano Romanorum Cesare claruit. Cum autem orphanus relictus fuisset, parentibus in carcere ob Christianam fidem exstinctis, a quadam religiosa senatorii ordinis matrona educatus est. Cum vero ad ætatis maturitatem pervenisset, cogereturque ab idolorum cultoribus sacrificare idolis, nulla unquam ratione ad id adduci potuit; sed a divino angelo in montem deportatus, ibi cervæ lacte alebatur, solusque continuis ad Deum precibus vitam traducebat. Post autem aliquanto cum illius fama longe lateque emanaret, iterum comprehensus, a præside Cæsareæ compellitur idola adorare. Id aversatus ille, in

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
Β΄

D Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Μαμαντος.

Μᾶμας ὁ περιβόητος μάρτυς, ἦν ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ Καίσαρος Ῥωμαίων. Ὀρφανὸς δὲ καταλειφθεὶς, τῶν γονέων αὐτοῦ τελευτησάντων ἐν φυλακῇ, διὰ τὸν Χριστὸν, ἀνετράφη παρά ματρώνας τινὸς εὐσεβοῦς συγκλητικῆς. Γενόμενος δὲ τῆς ἐννόμου ἡλικίας, ἠναγκάζετο θύειν τοῖς εἰδώλοις παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν. Μὴ πεισθεὶς δὲ, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ θείου ἀγγέλου ἀναβιβασθεὶς ἐν τῷ ὄρει, τὰς ἐλάφους ἀμέλγων διετρεφετο. Καὶ μόνος τῷ Θεῷ προσευχόμενος διετέλει. Εἶτα πάλιν κρατηθεὶς (πολλὴ γὰρ ἐγένετο ἡ περὶ αὐτὸν φήμη), ἠναγκάσθη ὑπὸ τοῦ τῆς Καισαρείας ἄρχοντος προσκυνῆσαι τοῖς εἰδώλοις. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐπείσθη, εἰς πῦρ βληθεὶς καὶ ἐξελθὼν ἀβλαβὴς, καὶ

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

θηριομαχήσας, καὶ μηδὲν ἀδικηθείς, τέλος κονταρίῳ πληγεὶς, καὶ βαστάζων τὰ ἔντερα αὐτοῦ ταῖς ἰδίαις χερσὶν (ἐξιχύθησαν γὰρ ὑπὸ τῆς πληγῆς ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ), ἐξῆλθε τῆς πόλεως Καισαρείας· καὶ μετὰ εὐχαριστίας παρέδωκε Κυρίῳ τῷ Θεῷ τὴν ἁγίαν καὶ μακαρίαν αὐτοῦ ψυχήν. Καὶ ἐτάφη ἐν τῇ αὐτῇ πόλει.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ.

Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Νηστευτοῦ.

Ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Ἰωάννης ὁ ἐπικληθεὶς Νηστευτὴς ἐγεννήθη ἐν Κωνσταντινουπόλει. Ὑπῆρχε δὲ ἐπὶ Ἰουστίνου καὶ Τιβερίου καὶ Μαυρικίου τῶν βασιλέων. Χαράκτης δὲ ὢν τὴν τέχνην, διὰ τὴν πολλὴν αὐτοῦ ἀρετὴν, πατριάρχης γέγονε τῆς αὐτῆς μεγαλοπόλεως· ἐγένετο δὲ φιλόπτωχος, καὶ ἐλεήμων, καὶ συμπαθής. Ἀλλὰ καὶ πολλὰ θαύματα ἐποίησε· καὶ γὰρ διὰ προσευχῆς βαρβαρικὸν λαὸν ἐκ τῆς Μακεδονίας ἀπέδιωξε, καὶ μεγάλου θανάτου τὴν πόλιν ἐρρύσατο, καὶ πολλοὺς νοσοῦντας ἐθεράπευσε, καὶ δαιμονιῶντας ἰάσατο, καὶ λόγους ψυχωφελεῖς, ὡς ὁ μέγας Χρυσόστομος Ἰωάννης, συνεγράψατο, Ποιμένας δὲ τὸν λαὸν αὐτοῦ ὁσίως καὶ φιλοθέως, καὶ τὴν ἱερὰν Ἐκκλησίαν καλῶς διακυβερνήσας ἐπὶ ἔτη δέκα καὶ τρία καὶ μῆνας πέντε, καὶ εἰς βαθὺ γῆρας ἐλθὼν, ἐν εἰρήνῃ τὴν μακαρίαν καὶ ἁγίαν αὐτοῦ ψυχὴν παρέδωκε τῷ Κυρίῳ, ἐτάφη, ὑπόδειγμα ἀπολιπὼν πᾶσιν ἀνθρώποις τὸν ἐνάρετον αὐτοῦ βίον, καὶ τὰ λοιπὰ κατορθώματα.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
Γ'

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτυρος Ἀνθίμου, ἐπισκόπου Νικομηδείας.

Ἄνθιμος ὁ ἱερομάρτυς ἦν μὲν ἐπίσκοπος Νικομηδείας ἐπὶ τῶν χρόνων Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ· διὰ δὲ τὸν διωγμὸν κατὰ τῶν Χριστιανῶν κρυπτόμενος ἐν τῷ ὄρει, καταμηνύεται τῷ Μαξιμιανῷ. Καὶ κρατηθεὶς, πρῶτα μὲν λίθοις τὸν αὐχένα συντρίβεται. Ἔπειτα δὲ σιδήροις πεπυρακτωμένοις τοὺς ἀστραγάλους διατρυπᾶται. Εἶτα πάλιν εἰς ὄστρακα ὀξέα τίθεται, ῥάβδοις τυπτόμενος ἀκανθίνοις, καὶ ὑποδήματα σιδηρᾶ πυρακτωθέντα περιβάλλεται μέχρι τῶν μηρῶν. Καὶ μετὰ τοῦτο δεσμεῖται ἐπὶ τροχοῦ, καὶ ὑπὸ λαμπάδων καίεται, Οὕτω δὲ πικρῶς βασανιζομένου τοῦ ἁγίου, ἐπῆλθον ἄγγελοι θεῖοι, αὐτῷ μὲν τὰς κολάσεις καὶ τὰς βασάνους εὐκόλως ποιοῦντες, τοὺς δὲ δημίους τοὺς τιμωροῦντας αὐτὸν ἀοράτως τύπτοντες. Καὶ λοιπὸν ἀποφάσει τοῦ Μαξιμιανοῦ τέμνεται τὴν κεφαλὴν μαχαίρᾳ. Ἧτις κεῖται μὲν ἐν Νικομηδείᾳ, θαυματουργεῖ δὲ ἄλλοτε πολλὰ, καὶ δὴ καὶ τῶν τριχῶν παράδοξον ἔκφυσιν.

Τοῦ αὐτῇ ἡμέρᾳ.

Ἄθλησις τῆς ἁγίας παρθένου καὶ μάρτυρος Βασιλίσσης.

Βασίλισσα ἡ μάρτυς ἦν μὲν ἐπὶ τῶν Χρόνων

A ignem conjicitur: atque inde egressus illæsus, ad bestias damnatur: a quibus cum nullam noxam accepisset, tandem hastili transverberatur, et viscera ejus in terram ob gravissimum vulnus effunduntur: quæ ipse propriis manibus præferens, ex urbe Cæsarea egreditur, et cum gratiarum actione sanctam beatam animam suam Domino Deo tradidit, et in eadem urbe sepultus est.

Eodem die.

S *Memoria sancti Patris nostri Joannis patriarchæ Constantinopolitani, cognomento Jejunatoris.*

Sanctus Pater noster Joannes cognomento Jejunator natus est Constantinopoli: vixit autem temporibus Justini, Tiberii, et Mauricii imperato-
B rum. Hic primum quidem statuariam artem exercuit: deinde ob multas et egregias ipsius virtutes patriarcha ejusdem magnæ urbis renuntiatus est. Fuit autem pauperum amator, misericors, et miserator: sed et multa miracula patravit. Nam precibus suis barbaras gentes ex Macedonia fugavit, urbemque gravissima peste liberavit, et multos infirmos curavit, obsessosque a dæmonibus sanavit. Orationes denique animæ utilissimas, instar magni Joannis Chrysostomi, conscripsit. Cum vero populum suum sancte pieque rexisset, sacramque Ecclesiam annis tredecim, mensibus quinque optime gubernasset, atque ad summam senectutem pervenisset, in pace beatam sanctamque animam suam Domino tradidit, et sepultus fuit; ornatam virtutibus vitam suam, et reliqua a se præclare gesta in
C exemplum cunctis relinquens.

EODEM MENSE.

Die tertia.

3 *Certamen sacrosancti martyris Anthimi, episcopi Nicomediæ.*

Anthimus sacer martyr fuit Nicomediæ episcopus temporibus Diocletiani et Maximiani. Propter motam autem in Christianos persecutionem cum se in montis cujusdam latebras abdidisset, Maximiano proditus, ejusque jussu comprehensus, primum quidem saxis in cervice contunditur: deinde candenti ferro ejus tali perforantur: postea super acutis testulis impositus, virgis spineis cæditur. Ad hæc calceamentis ferreis candentibus usque ad femora induitur: mox rotæ alligatus, facibus adu-
D ritur. Sed cum ita immaniter sanctus vir torqueretur, supervenerunt divini angeli, qui sicut ei supplicia cruciatusque leniebant, ita lictores, qui ipsum exoruciabant, invisibiliter cædebant. Tandem Maximiani sententia caput ei gladio amputatum fuit, quod in urbe Nicomedia positum, cum multa alia miracula facit, cum capillos subinde nascentes admirabiliter emittit.

Eodem die.

10 *Certamen sanctæ virginis et martyris Basilissæ*

Basilissa martyr fuit temporibus Diocletiani

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

autem prope urbem Nicomediam domicilium habe-
ret, nonumque ætatis suæ annum ageret, tanquam
Christiana delata, Alexandro præsidi sistitur: et
Christum confidenti animo professa, primum quidem
colaphis cæditur; deinde nudata, virgis percutitur,
talisque perforatur. Mox inverso capite in ligno
suspensa, catenis constricta, picis, sulphuris, ac
plumbi fumo torquetur. Post hæc in ignem conjecta,
duobusque leonibus objecta, cum nullam noxam
passa fuisset, præsidi persuasit, ut in Christum
crederet. Et ille quidem vitam recte traducens, in
pace decessit. At hæc egressa ex urbe, cum siti-
ret, oravit, et manantibus e terra aquis sitim depu-
lit. Deinde stans supra petram, et orans, finem
vivendi fecit: ibique sepulta, omnibus fidelibus per
aquas e terra erumpentes singulis diebus curatio-
nes admirabiliter præstat.

A Διοκλητιανοῦ· εἶχε δὲ τὴν οἴκησιν πλησίον τῆς πό-
λεως Νικουμηδείας, ἐννέα ἐτῶν ὑπάρχουσα. Διαβλη-
θεῖσα δὲ ὡς Χριστιανὴ, παρέστη Ἀλεξάνδρῳ τῷ
ἄρχοντι. Καὶ μετὰ παῤῥησίας ὁμολογήσασα τὸν
Χριστὸν, πρῶτα μὲν τύπτεται κατὰ τοῦ προσώπου,
καὶ γυμνωθεῖσα ῥαβδίζεται. Εἶτα τρυπᾶται τοὺς
ἀστραγάλους. Καὶ κρεμασθεῖσα κατὰ κεφαλῆς ἐπὶ
ξύλου, δεδεμένη ἀλύσεσι, μετὰ πίσσης, καὶ τεα-
φίου, καὶ μολύβδου καπνίζεται. Καὶ μετὰ τοῦτο
ἐμβληθεῖσα εἰς πῦρ, καὶ δυσὶ λεουσι παραδοθεῖσα,
καὶ διαμείνασα ἀβλαβὴς, ἔπεισε τὸν ἄρχοντα πι-
Οὗτος ὑπῆρχε ἐκ τῆς Θεσσαλονίκης, νοτάριος Hic ex urbe Thessalonica fuit, sanctissimi patri-
Αλεξάνδρου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου, καὶ διάκονος archæ Alexandri notarius, et Constantinopolitanæ
τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει Ἐκκλησίας· ὃν οἱ ὀρ- Ecclesiæ diaconus: qui Alexandro vita functo ab
θόδοξοι μετὰ τελευτὴν Ἀλεξάνδρου προχειρίζονται orthodoxis patriarcha renuntiatus, a Constantio,
πατριάρχην. Κωνστάντιος δὲ ὁ βασιλεὺς, Ἀρειανὸς Ariano imperatore, ab Antiochia reverso, e throno
ὤν, ὑποστρέψας ἀπὸ Ἀντιοχείας, ἐκβάλλει τοῦ θρό- dejicitur, in ejus locum suffecto Eusebio Nicome-
νου, καὶ ἀντ' ἐκείνου προεχειρίσατο Εὐσέβιον τὸν diensi. Paulus autem Romam profectus, reperit ibi
Νικομηδείας. Ὁ δὲ καταλαμβάνει τὴν Ῥώμην, εὑ- D Athanasium e propria sede exturbatum. Sed per
ρὼν καὶ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον ἐκβεβλημένον τοῦ litteras Constantis imperatoris in suum uterque
οἰκείου θρόνου· καὶ διὰ γραμμάτων τοῦ βασιλέως thronum restituitur. Iis vero rursus Arianorum opera
Κώνσταντος ἀπολαμβάνουσι τοὺς οἰκείους θρόνους. a Constantio ejectis, Constans ad Constantium fra-
Καὶ πάλιν ἐκβάλλονται παρὰ Κωνσταντίου συμβουλῇ trem scripsit, nisi ambo in pristinum dignitatis
τῶν Ἀρειανῶν. Τότε γράφει Κώνστας πρὸς τὸν gradum restituerentur, se bellum ei indicturum.
ἀδελφὸν Κωνστάντιον, ὅτι, Εἰ μὴ ἀπολάβοιεν τοὺς θρό- Tertio igitur Paulus thronum suum recepit. Verum
νους ἑαυτῶν, ἐλεύσομαι μετὰ ὅπλων κατὰ σοῦ. Ἀπ- post Constantis mortem in Cucusum, Armeniæ ur-
έλαβεν οὖν τὸν θρόνον ὁ Παῦλος τὸ τρίτον. Καὶ μετὰ bem, relegatus, dum in ædicula inclusus liturgiam
θάνατον Κώνσταντος, ἐξορίζεται εἰς Κούκουσον τῆς celebraret, suo omophorio ab Arianis suffocatus
Ἀρμενίας. Καὶ ἀποκλεισθεὶς ἐν οἰκήματι, λειτουρ- est.
γῶν ἀπεπνίγη παρὰ τῶν Ἀρειανῶν, μετὰ τοῦ ἰδίου
ωμοφορίου.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Eodem die

170 ***Commemoratio pulveris, sive cineris, aut stactes de cœlo lapsæ.***

Extremis Leonis magni imperatoris, cognomento Bessi, temporibus, hora diei sexta, obductum atris nubibus cœlum, quale solet esse imminentibus maximis imbribus, ardentem quaque versus faciem præferens, igni omnia correpturum esse videbatur, ut etiamsi ex hujusmodi nubibus pluvia deferretur, igni tamen ac flamma, non secus ac olim Sodoma, omnia esset incensura. Sed cum sacerdotes omnes ac pii homines cum lacrymis ad templa confugerent, Deumque et immaculatam Deiparam supplices deprecarentur; qui non vult mortem peccatorum clementissimus Dominus, pœnam clementia temperans, imperavit nubibus, ut admirabilem pluviam emitterent. A vespere igitur ad mediam noctem pluit. Quæ autem defluebat, stacte erat fervens instar carbonum quæ plantas omnes adussit: quæ vero in tegulas decidit, ad hominis spithamam excrevit.

EODEM MENSE.

Die septima

171 ***Certamen sanctorum martyrum Antonii, et parentum ejus, Melasippi et Casinæ,***

Hi, Juliano apostata tyrannidem exercente, in urbe Ancyra erant. Comprehensi autem ab ipso sunt. Et Antonio quidem in carcerem conjecto, parentes ejus in equuleum suspensi, dilaniantur, atque igni aduruntur: et Casinæ mamillæ, Melasippo autem crura abscinduntur. Productus vero Antonius, cum vidisset parentes suspensos, eorum membra humi jacentia exosculatus, seipsum sanguine de illis distillante unxit. Illi vero ita suspensi ad Dominum migrarunt. Tum Antonius, qui annum decimum tertium agebat, in faciem Apostatæ exspuens, suspenditur et ipse, ac discerpitur, ejusque tali terebrantur, et caput raditur. Deinde ad Agrippinum ducem missus, atque ab eo in furnum injectus, cum illæsus prodiisset, quadraginta pueros rei magnitudine commotos ad Christi fidem pertraxit: qui omnes una cum eodem exoptatum finem, gladio, cæsi, acceperunt.

Eodem die

172 ***Certamen sancti Hieronis, sociorumque duorum ac triginta, qui in urbe Melitina martyrium subierunt.***

Sancti martyres Hieron, Nicander, Hesychius, et alii triginta socii, Maximiano et Diocletiano impiis imperatoribus, in urbe Armeniæ Melitina claruerunt. Cum autem in omnes Christianos universim per cædes sæviretur, detenti et ipsi a Melitinæ præfecto, multis suppliciis tentati sunt, num a Christi cultu ad idolorum superstitionem traduci possent. Sed cum non solum id facere recusarent, sed magna etiam voce Christum verum Deum, et cœli terræque, ac omnium quæ in eis sunt, opificem esse

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ.

Ἡ ἀνάμνησις τῆς πεσούσης ἐξ οὐρανοῦ κόνεως, ἢ τέφρας, ἢ στακτῆς.

Ἐπὶ Λέοντος τοῦ μεγάλου βασιλέως, τοῦ ἐπικληθέντος Γομένου Βέσσου, περὶ τὰ τελευταῖα τῆς αὐτοῦ βασιλείας, ὥρᾳ ἕκτῃ τῆς ἡμέρας, γέγονε συνεχὴς τοῦ οὐρανὸς, καὶ τὴν συνήθη τῶν ὀμβροφόρων νεφῶν λαμπρὰν εἰς πυρώδη θέαν μεταβαλών, ἐδόκει τὰ πάντα καταφλέγειν· ὡς νομίζειν ἅπαντας, ὡς εἰ καὶ κατενεχθείη ἐκ τοιούτων νεφῶν, πάντως καὶ καὶ φλὸξ, κατακαίου ὡς πάλαι τὰ Σόδομα. Τῶν δὲ τῶν ἱερέων καὶ τῶν εὐλαβῶν μετὰ προσφυγόντων ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ τὸν θεὸν τὴν πανάχραντον Θεοτόκον δυσωπούντων, ὁ μὴ τὸν θάνατον τῶν ἁμαρτωλῶν φιλάνθρωπος κεράτας τῇ τιμωρίᾳ τὴν ἀγαθότητα, ἐκέλευσε νεφέλαις βρέχειν ὑετὸν παράδοξον. Ἀπὸ ἑσπέρας ἤρξατο, καὶ μέχρι μεσονυκτίου ἔβρ Τὸ δὲ κατερχόμενον ἦν στακτὴ ζέουσα ὡς ἄνθ ἥτις καὶ κατέκαυσε πάντα τὰ φυτὰ, ἐπὶ τῶν μων τεθεῖσα ὡς ἀνδρὸς σπιθάμη.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

Ζ'.

Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Ἀντωνίου, γονέων αὐτοῦ, Μελασίππου καὶ Κασίνης.

Οὗτοι ὑπῆρχον ἐπὶ τῆς τυραννίδος Ἰουλιαν Παραβάτου, ἐν Ἀγκύρᾳ τῇ πόλει· ἐκρατήθη παρ' αὐτοῦ. Καὶ ὁ μὲν Ἀντώνιος εἰς φυλα βάλλεται, οἱ δὲ γονεῖς αὐτοῦ κρεμασθέντες καὶ πυρὶ κατεκαίοντο. Εἶτα ἡ μὲν Κασίνη τοὺς μαστοὺς, ὁ δὲ Μελάσιππος τοὺς πόδ τῶν γονάτων. Ἀχθεὶς δὲ καὶ ὁ Ἀντώνιος, κ τοὺς γονεῖς αὐτοῦ κρεμαμένους, καὶ τὰ ἐκπ μέλη αὐτῶν ἐπὶ γῆς κείμενα, κατεφίλησε καὶ λαβὼν ἀπὸ τοῦ ἀπνστάζοντος αἵματος ἐ ἑαυτόν. Κρεμάμενοι δὲ οἱ γονεῖς αὐτοῦ πρὸς ἐξεδήμησαν. Ὁ δὲ Ἀντώνιος χρόνων δεκ ὑπάρχων, ἐμπτύσας εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ πατρ κρεμασθεὶς ξέεται, καὶ τρυπᾶται τοὺς ἀστρ καὶ ξυρᾶται τὴν κεφαλήν. Εἶτα πέμπεται Ἀγρ πίνῳ τῷ δουκι. Καὶ εἰς φοῦρνον βληθεὶς, ἐξ ὑγιής. Ἰδόντα δὲ αὐτὸν παιδία τεσσαράκοντα στευσαν, καὶ σὺν αὐτῷ προθύμως τὸ διὰ τοῦ βα τέλος ἐδέξαντο.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Ἱέρωνος, καὶ τῶν σὺν τριακοντατριῶν μαρτύρων, τῶν ἐν Μελιτινῇ μαρτυ σάντων.

Οἱ ἅγιοι μάρτυρες, Ἱέρων, Νίκανδρος, Ἡσύχ καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς ἕτεροι τριάκοντα, ὑπῆρχον Μαξιμιανοῦ, καὶ Διοκλητιανοῦ τῶν παρανόμων βα σιλέων ἐν Μελιτινῇ πόλει τῆς Ἀρμενίας. Διωγμ δὲ καθολικοῦ γενομένου κατὰ τῶν Χριστιανῶν, π πανταχοῦ ἀναιρουμένων, ἐκρατήθησαν καὶ αὐ παρὰ τοῦ τῆς Μελιτινῆς ἡγεμόνος. Καὶ πολλὰ μωρηθέντες ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, καὶ θύσαι ἀκαθάρτοις εἰδώλοις, καὶ μὴ πεισθέντες τοῦτο π σαι, ἀλλὰ μᾶλλον μεγάλῃ τῇ φωνῇ τὸν Χριστ

Digitized by Google Распознавание текста АВК

ολογήσαντες, Θεὸν εἶναι ἀληθινὸν καὶ δημιουργὸν A confiterentur, primum quidem nudati tamdiu cæ-
ανοῦ καὶ γῆς, καὶ πάντων τῶν ἐν αὐτοῖς, πρῶτον duntur, dum omnia eorum viscera paterent : mox
ν γυμνωθέντες ἐτύφθησαν, ἕως ἐφάνη πάντα τὰ in carcerem conjecti, omnique prorsus cura desti-
λάγχνα αὐτῶν, ἔπειτα ἀπεκλείσθησαν ἐν τῇ φυ- tuti, tandem post longos cruciatus e custodia edu-
κῇ πάσης ἐπιμελείας ἐστερημένοι. Καὶ μετὰ τὸ cti, cum rursus impellerentur idolis sacrificare,
λαιπωρηθῆναι ἱκανῶς, ἐκβληθέντες τῆς φυλακῆς, nec ad id flecti possent, gladio cæsi sunt.
ἐ πάλιν ἀναγκασθέντες θῦσαι τοῖς εἰδώλοις, καὶ
ὴ πεισθέντες, ξίφει τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ
θλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Λύκτου, Ταυρίωνος, καὶ Θεσσαλονίκης.

Ἡ μάρτυς Θεσσαλονίκη ὑπῆρχε θυγάτηρ Κλέωνός
νος, ἱερέως τῶν εἰδώλων. Χριστιανὴ δὲ γενομένη,
ναγκάσθη παρὰ τοῦ πατέρος ἀρνήσασθαι τὸν Χρι-
τόν. Μὴ πεισθεῖσα δὲ, γυμνωθεῖσα τύπτεται σφο- B
δρῶς, καὶ ξύλοις τὰς πλευρὰς συντρίβεται. Εἶτα ἐκ-
ώκειται τῆς πατρικῆς οὐσίας, καὶ μικρὸν κτῆμα
κβοῦσα ἐκ τῆς μητρῴας κληρονομίας, ἐκεῖ κατῴκει·
όντες δὲ τὸ γινόμενον ἄνδρες δύο Χριστιανοὶ εὐλα-
εῖς, Αὔκτος καὶ Ταυρίων καλούμενοι, ἠγανάκτησαν
κτὰ τοῦ Κλέωνος. Ὁ δὲ διέβαλεν αὐτοὺς τῷ τῆς
ώρας ἄρχοντι. Καὶ κρατηθέντες τύπτονται. Εἶτα
ιθοβολοῦνται, καὶ εἰς πῦρ ἐμβάλλονται. Καὶ ἐξελ-
όντες κατατοξεύονται. Καὶ αὖθις εἰς λίμνη ῥι-
τοῦται· καὶ ἐξελθόντες ἀποκεφαλίζονται. Ἡ δὲ
εσσαλονίκη μετὰ ταῦτα τὸν Χριστὸν ὁμολογεῖν μὴ
αύσασα, ἐν εἰρήνῃ ἐτελειώθη. Τὸ δὲ τίμιον αὐτῆς
είψανον κατετέθη ἐν Ἀμφιπόλει, μετὰ τῶν λοιπῶν
γίων ἐντίμως καὶ μεγαλοπρεπῶς.

Eodem die
173 *Certamen sanctorum martyrum Aucti, Taurionis, et Thessalonicæ.*

Thessalonica martyr Cleonis cujusdam sacerdotis idolorum filia, Christi fide imbuta, compellebatur a patre abnegare Christum. Quod eum facere detrectaret, flagris nuda gravissime cæditur, ejusque latera fustibus contunduntur. Deinde bonis paternis exhæres facta, in prædielo, quod sibi ex materna hæreditate obvenerat, habitabat. Id ubi cognovere Christiani duo, Auctus et Taurion, graviter Cleoni succensuere. Quamobrem ab eo ad regionis præfectum delati, et comprehensi vapulant : tum lapidibus petiti, in ignem conjiciuntur. Mox in stagnum projecti, cum incolumes etiam evasissent, capite plectuntur. Tessalonica autem cum nunquam Christum profiteri postea destitisset, in pace quievit : cujus pretiosæ reliquiæ Amphipoli honorifice ac decentissime cum reliquis sanctis conditæ fuere.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
Η'

EODEM MENSE.
C
Die octava

Σύναξις τῶν ἀρχαγγέλων.

Βουληθεὶς ὁ πανάγαθος καὶ ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς
οῦτον τὸν κόσμον δημιουργῆσαι, πρότερον ἐνενόησε
ὰς οὐρανίους δυνάμεις καὶ τοὺς ἁγίους ἀγγέλους·
αὶ τὸ ἐννόημα γέγονεν ἔργον. Εἷς δὲ τῶν ταξιαρ-
χῶν, ὁ τότε μὲν Σαβαὴλ καλούμενος, μετὰ δὲ τὴν
ἐκπτωσιν ὀνομασθεὶς Διάβολος, ὑπερηφανευσάμενος,
καὶ ἑαυτὸν νομίσας Θεὸν, ἐξέπεσε τῆς ἀξίας αὐτοῦ,
διφεὶς ἐκ τῶν οὐρανῶν, μετὰ τοῦ ὑπ' αὐτὸν τάγμα-
τος· ὑπάρχων δὲ ἑτέρας ἀγγελικῆς τάξεως ἀρχι-
στράτηγος ὁ ἀρχάγγελος Μιχαὴλ, καὶ ἰδὼν πεσόντα
τὸν ἀποστάτην, συνήγαγε τοὺς τῶν ἀγγέλων χο-
ρούς. Καὶ εἶπών· Προσέχωμεν, ὕμνησε μετὰ φωνῆς
τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, ὡσανεὶ λέγων, ὅτι, Προσέχωμεν D
ἡμεῖς, οἱ κτιστοὶ γεγονότες, καὶ τῷ μεγάλῳ καὶ μόνῳ
Θεῷ παριστάμενοι, τί πεπόνθασιν οἱ μεθ' ἡμῶν
μέχρι τοῦ νῦν φῶς ὄντες, καὶ ἄρτι γενόμενοι σκότος.
Ἡ τοιαύτη οὖν συγκρότησις ὠνομάσθη σύναξις,
τουτέστι προσοχὴ, ὁμόνοια, καὶ ἕνωσις.

Die octava

174 *Archangelorum synaxis.*

Cum mundum hunc optimus ac clementissimus Deus condere voluisset, primum omnium cœlestes virtutes sanctosque angelos cogitavit. Cogitatum in factum prodiit. Eorum ducum unus, cui tum quidem Sabael, at post lapsum Diaboli nomen fuit, elatione animi correptus, cum seipsum Deum existimasset, e sua dignitate excidit, et una cum ordine, cui præerat, de cœlis dejectus est. At Michael archangelus, qui alium angelorum ordinem ducebat, ut vidit desertoris casum, coactis in unum angelorum choris, Attendamus, inquit : simulque rerum omnium Deum in hanc fere sententiam laudavit : Attendamus nos, qui e nihilo educti sumus, et magno atque uni Deo astamus, quid passi fuerint, qui nobiscum lux hactenus, nunc autem facti sunt tenebræ. Hujusmodi igitur angelorum conspiratio appellata est synaxis, hoc est, attentio, concordia, et unio.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ
Μνήμη τῆς ὁσίας Ματρώνης.

Αὐτὴ ἦν ἐπὶ τῆς βασιλείας Λέοντος τοῦ Μεγάλου·
ὑπῆρχε δὲ ἐκ Πέργης τῆς Παμφυλίας. Συναφθεῖσα
δὲ ἀνδρὶ, καὶ γεννήσασα μίαν θυγατέρα, ἔρχεται ἐν
Κωνσταντινουπόλει μετὰ τοῦ οἰκείου ἀνδρὸς, δεκα-
πέντε οὖσα ἐτῶν. Καὶ γενομένη συνήθης παρθένῳ

Eodem die

175 *Commemoratio sanctæ Matronæ.*

Hæc Leone Magno imperante ex Perge Pamphyliæ urbe fuit. Cum autem ex viro suo filiam suscepisset, eum eodem Constantinopolim venit, decimum quintum ætatis suæ annum agens. Ibi Eugeniæ virginis consuetudine fruens, ejus vitæ rationem

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

imitata, nunquam ab ecclesiis Dei discedebat: imo ardentiore, quam illa, erga Deum studio incensa, cum aliquando vocem illam divini Evangelii audisset: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me: filiam feminæ cuidam piæ educandam tradidit; relictoque viro, et sumpto virili habitu, sese in sancti Bassiani monasterium recepit, monasticam vitam amplexa. Verum ubi cognita est femina esse, a sancto viro Hierosolyma mittitur; unde post aliquot annos Constantinopolim reversa, solitariam agens vitam, decessit.

τινὶ, ὀνόματι Εὐγενίᾳ, καὶ τὴν αὐτῆς ζηλώσασα λιτείαν, οὐκ ἀφίστατο τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ. Ἔχουσα δὲ τὸν πρὸς Θεὸν ἔρωτα αὐτῆς θερμότατον καὶ ἀκούσασα τοῦ θείου Εὐαγγελίου. Ὅστις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, λέγοντος, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι· τὴν μὲν θυγατέρα παρέδωκε γυναικί τινι πιστῇ παρ' ἐκείνης ἀνατρέφεσθαι· τὸν δὲ ἄνδρα κειράμενος ποῦσα, καὶ στολὴν ἀνδρικὴν ἐνδυσαμένη, ἐπὶ τὴν μονὴν τοῦ ὁσίου Βασσιανοῦ, καὶ ἐν μοναχῇ. Εἶτα γνωσθεῖσα γυνὴ εἶναι, πέμπεται Ἱεροσόλυμα παρὰ τοῦ ὁσίου. Καὶ μετὰ χρόνον ἐλθοῦσα πάλιν εἰς Κωνσταντινούπολιν, καὶ ἡσυχάσασα, ἐτελειώθη.

EODEM MENSE.

Die nona

176 *Certamen sancti martyris Alexandri Thessalonicensis.*

Alexander martyr, Maximiano imperatore, comprehensus, cogebatur idolis sacra facere: quod facinus exsecratus, divinoque zelo inflammatus, facto in sacrificiorum mensam impetu, eam pede pulsans evertit, victimasque effudit. Quare vehementer commotus Maximianus pronuntiavit, ut extremo afficeretur supplicio. Cum igitur districto spiculator gladio collum sancti viri peteret, repentino stupore perculsus est. Cui imperator: Quid stas, inquit, et quare mandatum non exsequeris? Ille vero: Ego visionem videns, magno sum perculsus metu. Sed cum sanctus ad orandum horam petiisset atque impetransset, tum demum, postquam oravit, a spiculatore percussus fuit: cujus animam a quatuor angelis sublime ferri conspicatus Maximianus, permisit, ut ejus reliquiæ in urbe Thessalonica sepulcro inferrentur.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

Θ'

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀλεξάνδρου τοῦ ἐν Θεσσαλονίκῃ.

Ἀλέξανδρος ὁ μάρτυς ὑπῆρχεν ἐπὶ Μαξιμιανοῦ τοῦ βασιλέως· καὶ κρατηθεὶς, ἠναγκάσθη θύειν τοῖς εἰδώλοις. Ὁ δὲ μὴ πεισθεὶς, ἀλλὰ μᾶλλον θείῳ ζήλῳ κινηθεὶς, καὶ ἰδὼν τὴν τράπεζαν τῶν θυσιῶν ἑτοιμασθεῖσαν, ὥρμησε, καὶ τῷ ποδὶ κρούσας, ἀνέτρεψεν αὐτὴν καὶ τὰς θυσίας ἐξέχεε. Καὶ ὀργισθεὶς ὁ Μαξιμιανὸς ἔδωκε τὴν κατ' αὐτοῦ ἀπόφασιν τοῦ διὰ ξίφους αὐτὸν θανεῖν. Καὶ λαβὼν αὐτὸν ὁ σπεκουλάτωρ, καὶ βαλὼν τὸ ξίφος, πρὸς τὸ ἀποκεφαλίσαι, ἵστατο ἐκπληγμένος. Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς πρὸς αὐτὸν· Τί ἕστηκας, καὶ οὐ πληροῖς τὸ προσταχθέν σοι; Ὁ δὲ ἔφη· Ὀπτασίαν θεωρῶ, καὶ εἰμὶ ἔντρομος. Ὁ δὲ εὐξάμενος δὲ ὁ ἅγιος ὥραν προσευχῆς, καὶ ἐπιτυχὼν ἠὔξατο· καὶ εὐθέως ἐπλήγη ὑπὸ τοῦ σπεκουλάτορος. Εἶδε δὲ ὁ βασιλεὺς τέσσαρας ἀγγέλους ὑψιπετεῖς τὴν ψυχὴν τοῦ ἁγίου. Καὶ διὰ τοῦτο δέδωκε τὸν τυραννησαμένοις, θάψαι τὸ λείψανον αὐτοῦ ἐν πόλει Θεσσαλονίκης.

Eodem die

177 *Certamen sancti martyris Antonini.*

Antoninus martyr ex regione Syrorum fuit, lapicidinam artem exercens. Cum autem videret Græcos fanum idolorum ingressos, idolisque sacrificantes, hortabatur eos, ut ab ea superstitione recederent. Sed cum nihil dicendo efficeret, id ægre ferens, eremum petiit; nactusque anachoretam quemdam Dei servum, Theotimum nomine, biennio apud eum mansit. Ejus postea accepta benedictione, in patriam ad populum præstigiis dæmonum seductum reversus, offendit eos festum dæmoniis diem agere: ingressusque fanum, idola omnia comminuit. Quamobrem comprehensus gravissime cæditur. Deinde Apameam Syriæ profectus, cum a sanctissimo episcopo impetrasset, ut sanctæ Trinitati templum conderet, jactaque jam essent fundamenta, indigenæ noctu hominem aggressi, membratim conciderunt: et hunc in modum spiritum Deo reddidit.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀντωνίνου.

Ἀντωνῖνος ὁ μάρτυς ὑπῆρχεν ἐκ τῆς τῶν Σύρων χώρας, λιθοτόμος τὴν τέχνην. Ἰδὼν δὲ τοὺς Ἕλληνας ἀπερχομένους εἰς τὸν ναὸν τῶν εἰδώλων, καὶ θύοντας τοῖς εἰδώλοις, παρῄνεσεν αὐτοῖς ἀποστῆναι αὐτῶν. Ὡς δὲ οὐκ εἰσηκρύσθη, λυπηθεὶς ἀνεχώρησεν εἰς ἔρημον τόπον· καὶ εὑρίσκει δοῦλον τοῦ Θεοῦ ἀναχωρητὴν, ὀδόματι Θεότιμον, καὶ σὺν αὐτῷ διατρίψας ἔτη δύο, καὶ λαβὼν τὰς εὐχὰς αὐτοῦ, ἦλθε πάλιν πρὸς τὸν πεπλανημένον λαὸν τοῦ χωρίου αὐτοῦ. Καὶ εὑρὼν αὐτοὺς ἑορτὴν ἐπιτελοῦντας τοῖς δαίμοσιν, εἰσελθὼν εἰς τὸν ναὸν αὐτῶν, συνέτριψε παντὰ τὰ εἴδωλα. Εἶτα κρατηθεὶς, καὶ τυπτόμενος ἰσχυρῶς, ἀπῆλθεν εἰς Ἀπάμειαν τῆς Συρίας. Καὶ δεηθεὶς τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου λαβεῖν ἐξουσίαν τοῦ κτίσαι ναὸν ἐπ' ὀνόματι τῆς ἁγίας Τριάδος, ἤρξατο κτίζειν. Καὶ τοῦτο μαθόντες οἱ συγχωρήσαντες αὐτοῦ, νυκτὸς ἐπιτεθέντες, τοῖς ξίφεσι μελίσαντες κατέκοψαν. Καὶ οὕτω τὸ πνεῦμα τῷ Θεῷ παρέθετο.

Eodem die.

178 *Certamen sancti martyris Orestis.*

Orestes martyr Tyanis in Cappadocia natus, con-

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ὀρίστου.

Ὁ μάρτυς Ὀρέστης ἦν ἐκ τῆς πόλεως Τυάνων

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ρας Καππαδοκίας· καταφρονῶν δὲ τῶν εἰδώλων, τὸν Χριστὸν παῤῥησίᾳ κηρύττων· ἐκρατήθη ὑπὸ Μαξίμου, ὑπὸ Διοκλητιανοῦ νεωστὶ προχειριντος ἡγεμόνος τῆς χώρας. Καὶ καταναγκασθεὶς προσκυνῆσαι τοῖς εἰδώλοις, καὶ μὴ πεισθεὶς, τύπτεται μετὰ ῥαβδίων ἰσχυρῶς, ἕως ἐφάνη τὰ ἔσωθεν ν σπλάγχνων αὐτοῦ. Μετὰ δὲ τὸ τυφθῆναι, ἀπῆθη εἰς τὸν ναὸν τῶν εἰδώλων, καὶ πάλιν κατηναγκάσο προσκυνῆσαι αὐτοῖς. Ὁ δὲ, τὸν Χριστὸν ἐπικαάμενος, καὶ ἐμφυθήσας εἰς τὰ εἴδωλα, συνετριψεν ὰ, καὶ ἐλέπτυνεν, ὡσει κονιορτόν. Καὶ τότε εδόθη τῇ φυλακῇ. Καὶ μετὰ ἑπτὰ ἡμέρας ἐκβληες τῆς φυλακῆς, παρέστη τῷ Μαξίμῳ· καὶ πάλιν γκάζετο θύειν. Καὶ μὴ πεισθείς, ἥλοις μακροῖς υπήθη τοὺς ἀστραγάλους. Καὶ προσδεθεὶς ἁρίῳ τῳ μετὰ ἀλύσεων τρίχοντι, συρεὶς μίλια εἰκοσιτέσσαρα ἀπὸ τῆς πόλεως Τυάδων, παρέδωκε τὸ ῦμα.

empto idolorum cultu Christum libere prædicabat. Comprehensus igitur a Maximo, qui recens a Diocletiano Cappadociæ præfectus fuerat, compulsus idola adorare, cum recusasset, virgis pessime usque adeo percussus est, ut viscera ejus nudarentur. Postea in templum idolorum ductus, iterumque ea colere coactus, Christi nomine invocato, cum in idola insufflasset, in tenuissimum ea pulverem redegit. Tum vero in carcerem detruditur; atque inde septimo post die eductus, sistitur Maximo: a quo rursus ad sacrificandum sollicitatus, nec tamen ad id faciendum inductus, trajectis per talos ingentibus clavis, indomito equo catenis alligatus, extra urbem Tyanorum per viginti quatuor millia passuum raptatus, spiritum tradidit.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ. Γ

EODEM MENSE. Die decima

λησις τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἐκ τῶν ο', Ὀλυμπᾶ, Ῥωδίωνος, Σωσιπάτρου, Τερτίου, Ἐράστου, καὶ Κονάρτου.

179 *Certamen sanctorum apostolorum ex septuaginta, Olympæ, Rhodionis, Sosipatri, Tertii, Erasti, et Quarti.*

Τῶν μὲν ἁγίων τούτων ἀποστόλων, ὁ μὲν Ὀλυμς καὶ ὁ Ῥωδίων, ἀκολουθοῦντες τῷ ἁγίῳ ἀποὐλῳ Πέτρῳ, ἀμφότεροι ἐν Ῥώμῃ τῇ πόλει ὑπὸ ρωνος τὰι κεφαλὰς ἀπετμήθησαν. Ὁ δὲ Σωσίτρος, οὗτινος ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους Ἐπιστολῇ ἅγιος ἀπόστολος μέμνηται Παῦλος, ἐπίσκοπος ονίου γενόμενος, ἐν εἰρήνῃ ἐτελειώθη· ὁ δὲ ρτιος, ὁ καὶ τὴν πρὸς Ῥωμαίους γράψας Ἐπιστον, ὑπὸ τοῦ ἁγίου Παύλου ἐκδοθεῖσαν, μετὰ Σωσιτρον δεύτερος ἐπίσκοπος Ἰκονίου γενόμενος, ὃς Κύριον ἐξεδήμησεν. Ὁ δὲ Ἔραστος, οὗ καὶ τοῦ ἐν τῇ αὐτῇ Ἐπιστολῇ μέμνηται ὁ ἅγιος Παῦ- C ς οἰκονόμος τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἐκκλησίας γεὼς, καὶ μετὰ ταῦτα ἐπίσκοπος Πανεάδος, ἐν ήνῃ ἐτελειώθη. Ὁ δὲ Κούαρτος, ἐπίσκοπος τῆς λεως Βηρυτοῦ γενόμενος, καὶ πολλὰ παθὼν ὑπὲρ ς εὐσεβείας, πλείστους τε τῶν Ἑλλήνων ἐπιστρέας ἐπὶ τὸν Κύριον, τέλει βίου ἐχρήσατο.

Ex his sanctis apostolis Olympas quidem, et Rhodion sanctum apostolum Petrum secuti, ambo Romæ a Nerone capitis damnati, mortem oppetiere. Sosipater autem, cujus in Epistola ad Romanos sanctus apostolus Paulus meminit, Iconii episcopus factus, in pace quievit. Porro Tertius, cujus opera sanctus Paulus in scribenda ad Romanos Epistola usus fuit, secundus post Sosipatrum renuntiatus Iconii episcopus, ad Dominum migravit. Erastus vero, cujus in eadem Epistola idem apostolus mentionem facit, primum Hierosolymitanæ Ecclesiæ œconomus, deinde Paneadis episcopus creatus, in pace decessit. Quartus denique Beryti urbis episcopus factus, postquam multa pro pietate perpessus fuisset, plurimosque Græcorum ad Dominum convertisset, vita functus est.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ. Ια'

EODEM MENSE. Die undecima

θλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Μηνᾶ, Βίκτωρος, Βικεντίου, καὶ Στεφανίδος.

180 *Certamen sanctorum martyrum Menæ, Victoris, Vincentii, et Stephanidis.*

Ὁ μὲν ἅγιος μεγαλομάρτυς Μηνᾶς ὁπῆρχεν ἐπὶ κξιμιανοῦ τοῦ βασιλέως, ἐκ τῆς Αἰγυπτίων χώ- D ς, στρατιώτης ὢν τοῦ Νουμερίου, ἐν Κοτυαείῳ, λει Φρυγίας. Γνωσθεὶς δὲ Χριστιανὸς εἶναι, τύπτεται σφοδρῶς, καὶ ξέεται. Καὶ μετὰ ταῦτα πυρὶ καφλέγεται· καὶ σύρεται ἐπάνω τριβόλων ὀξέων. τα τὴν διὰ ξίφους δέχεται τελευτήν. Ὁ δὲ ἅγιος κτωρ ὁπῆρχεν ἐπὶ Ἀντωνίνου βασιλέως, καὶ Σεστιανοῦ δουκὸς ἐν Ἰταλίᾳ. Κρατηθεὶς δὲ καὶ αγκασθεὶς ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, καὶ μὴ πειεὶς, ἐξαρθροῦται τοὺς δακτύλους, καὶ βάλλεται κάμινον. Εἶτα ποτίζεται δηλητήρια φάρμακα ρὰ μάγου· καὶ μηδὲν ἀδικηθεὶς ποιεῖ τὸν μάγον ιστιανόν. Ὀρυχθεὶς δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς, τὴν κε-

Sanctus magnus martyr Menas, Maximiano imperatore, ex Ægypto fuit. Cumque in Cotyæo Phrygiæ urbe sub Numerio mereret, fidei Christianæ causa dirissime verberatur, et excarnificatur. Deinde igni ambustus, ac super acutas testulas pertractus, gladio percussus occubuit. Sanctus autem Victor Antonino imperatore ac Sebastiano Italiæ duce claruit. Comprehensus vero, Christumque ejurare compulsus, cum nulla ratione ad id induci posset, luxatis digitorum articulis, in fornacem projicitur: deinde lethali pharmaco, quod sibi a mago porrectum fuerat, exhausto, nulloque prorsus damno affectus, magum ad Christum convertit: erutis demum oculis, capite p[illegible]

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ctitur. Ea res inspectantem sanctam Stephanidem movit, ut summam sancti felicitatem efferret ac prædicaret. Quamobrem comprehensa, atque ad duas palmas, quæ in unum contortæ fuerant, alligata, præcisis repente vinculis, in duas partes scinditur. Eodem die sanctus Vincentius in urbe Augusta, quod Christianus esset, retentus, ad ejusdem urbis præfecto capite damnatus, e vita excessit.

A φαλὴν ἀποτέμνεται. Ἡ δὲ ἁγία Στεφανὶς, ἰδ
ταῦτα, καὶ μακαρίσασα τὸν ἅγιον, ἐκστᾶ
δεθεῖσα δύο φοίνιξιν ἐπικλινθεῖσιν ἀλλήλοις,
ἀπολυθεῖσι, διεμερίσθη εἰς δύο. Ὁ δὲ ἅγιος Βικ
κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν κρατηθεὶς, ὡς Χρι
ἐν Αὐγουστίᾳ τῇ πόλει, παρὰ τοῦ τῆς πόλεως ἄ
τος τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη.

Eodem die.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρα.

181 *Commemoratio sancti Patris nostri Theodori, præfecti celeberrimi monasterii Studitarum.*

Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου, ἡγο
τῆς εὐάγεστάτης μονῆς τῶν Στουδιτῶν.

Iste Constantino Caballino imperatore Constantinopoli natus, scientiis omnibus instructus, Irene imperante in Saccudionis monasterium secessit, a B divino Platone monachus factus, et a Tarasio patriarcha presbyter ordinatus. Cum autem tricesimum ætatis annum ageret, ejusdem monasterii præfectus creatus est. Sed cum imperatoris adulterium indigne ferret, Thessalonicam relegatur: postea ab Irene imperatrice revocatus, ob excursiones, quas Saraceni faciebant, in regiam urbem migravit, et monasterium Studii gubernandum suscepit. Verum a Nicephoro imperatore, qui in Bulgaria periit, eadem de causa rursus solum vertere cogitur Tandem ob sacras imagines a Leone Iconomacho iterum relegatus, cum multa fortiter pro pietate subiisset certamina, hymnosque in Deum scripsisset, in extrema senectute migravit ad Dominum.

Ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Καβα
ἦν οὗτος ἐν Κωνσταντινουπόλει γεννηθείς,
δὲ γνῶσιν τῶν μαθημάτων ἐκμαθὼν, ἐπὶ τῆς
λείας Εἰρήνης, ἀπελθὼν ἐν τῇ Σακκουδίωνος
ὑπὸ τοῦ θείου αὐτοῦ Πλάτωνος γέγονε μονα
παρὰ Ταρασίου πατριάρχου χειροτονεῖται πρ
ρος. Εἶτα, τριακονταέτης ὤν, γίνεται καὶ ἡγο
τῆς ὑπ' αὐτὸν μονῆς· Ἐξωρίσθη δὲ εἰς Θεσ
κην, διὰ τὸ μὴ συνθέσθαι τῇ μοιχείᾳ τοῦ βα
ἀλλ' ἀνεκλήθη πάλιν παρὰ τῆς βασιλίσσης Ει
Καὶ διὰ τὴν τῶν Σαρακηνῶν ἔφοδον, τὴν βασιλ
καταλαμβάνει, καὶ πάλιν ἐξορίζεται παρὰ Νι
λαμβάνει, καὶ πάλιν ἐξορίζεται παρὰ Νι
βασιλέως τοῦ σφαγέντος ἐν Βουλγαρίᾳ, ἐπὶ
ὑποθέσει. Εἶτα ἐξορίζεται διὰ τὰς ἁγί
ἐπὶ Λέοντος τοῦ Εἰκονομάχου. Καὶ πολλ
θεὶς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας, καὶ ἀγωνισά
ὕμνους εἰς Θεὸν συγγραψάμενος, ἐν βαθ
C πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

EODEM MENSE.

Die duodecima.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΙΒ'

182 *Commemoratio sancti Patris nostri Martini, Franciæ episcopi.*

Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Μαρτίνου, ἐπ
Φραγγίας.

Hic Juliano imperatore ex Roma fuit, dux militum primum, deinde conspecta instructa hostium multitudine, vehementi metu corripitur. Sed cum nudum pauperem parte chlamydis, quam gestabat, texisset, eadem nocte Dominus veste pauperis indutus apparuit ei, dicens: Ne timeas: sicut enim tu nudum me nequaquam despexisti, ita et ego ero tecum, et victoriam ex tuis hostibus reportabis. Cum itaque vicisset, atque ab imperatore benigne D acceptus fuisset, gratias Deo agens, monachus efficitur. Post septem annos cum omnem sacræ Scripturæ scientiam assidua meditatione consecutus esset, Franciæ episcopus ordinatur. Porro multa edidit miracula: inter cætera cum offendisset aliquando feneratorem impedientem quominus mortuus quidam humaretur, quod eum certam sibi pecuniæ summam debere diceret; contra vero mortui uxor contenderet, omnem illi pecuniam solutam esse; precibus ad Deum fusis sanctus mortuum ad vitam revocavit, et sycophantam mendacii arguit. Tandem aliis plurimis patratis lis, e vita decessit.

Οὗτος ἦν ἐπὶ Ἰουλιανοῦ τοῦ βασιλέως
Ῥώμης, στρατηλάτης πρότερον ὑπάρχων.
ἐν πολέμῳ ἰδὼν πλῆθος ἄπειρον, ἐδειλία
θεασάμενος πτωχὸν γυμνὸν, κόψας τὸ ἡμ
χλαμύδος αὐτοῦ, δέδωκεν αὐτῷ. Καὶ τῇ αὐτ
παρέστη αὐτῷ ὁ Κύριος ἐν εἴδει τοῦ πτωχοῦ,
Μὴ ἀθύμει· ὥσπερ σὺ γυμνὸν οὐ παρεῖδές μ
κἀγὼ ἔσομάι μετὰ σοῦ, καὶ νικήσεις τοὺς
σου. Νικήσας οὖν, καὶ ἀποδεχθεὶς παρὰ τοῦ
λέως, εὐχαριστήσας τῷ Θεῷ, γέγονε μοναχός.
μον δὲ διανύσας χρόνον, καὶ πᾶσαν Γραφὴν
σις, χειροτονεῖται ἐπίσκοπος Φραγγίας. Κα
θαύματα πολλά. Ἐν μιᾷ γὰρ εἶδε δανειστὴν κρ
νεκρὸν, καὶ μὴ συγχωροῦντα ταφῆναι, ἀλλὰ
ὅτι, Χρεωστεῖ μοι οὗτος χρυσίον, καὶ τῆς
τοῦ θανόντος λεγούσης, ὅτι, Ἐπληρώθη· προ
νος ὁ ἅγιος ἀνέστησε τὸν νεκρὸν, καὶ ἔδειξε
κοφάντην ψευδόμενον. Ποιήσας δὲ καὶ ἕτερα
πολλὰ, ἐτελειώθη.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

ήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Ἐλεήμονος, πατριάρχου Ἀλεξανδρείας.

Κύπριος ἦν οὗτος τὸ γένος, υἱὸς Ἐπιφανίου τοῦ τε τῆς νήσου ἄρχοντος. Γυναικὶ δὲ προσομιλήσας τὰ βούλησιν τοῦ πατέρος, καὶ τέκνων πατὴρ γενὼς, ἐπεὶ τὸν βίον ἀπέλιπον ἥ τε γυνὴ καὶ τὰ ινα αὐτοῦ, πᾶσαν τὴν ἔφεσὶν αὐτοῦ πρὸς Θεοῦ ἴσκειαν ἔτρεψε, καὶ διὰ λαμπρότητα βίου ὑπὸ ογκλείτου τοῦ βασιλέως, αἰτησαμένου τοῦ δήμου ν Ἀλεξανδρέων αὐτὸν, πατριάρχης Ἀλεξανδρείας θίσταται, κανονικῶς τὴν χειροτονίαν δεξάμενος. κπρέψας δὲ ἐν τῇ ἀρχιερωδύνῃ ἔτη πολλὰ, καὶ ρία ποιήσας θαύματα, καὶ τοῖς δεομένοις ἀφθόνως ρηγήσας τὰ πρὸς τὴν χρείαν, καὶ διὰ τὴν πολλὴν ημοσύνην, τῆν τοῦ Ἐλεήμονος ἐπίκλησιν λαβὼν, πᾶσιν ἀδέσιμος καταστὰς, ὡς ἡ περὶ αὐτὸν βίος κατὰ πλάτος δηλοῖ, καὶ πολλοὺς τῶν ἀπίστων ιστρέψας ἐπὶ τὸν Κύριον, ἐν γήρᾳ βαθεῖ τὴν γῆν εἰς, πρὸς οὐρανὸν ἀνέδραμε χαίρων.

A

Eodem die.

183 *Commemoratio sancti Patris nostri Joannis Eleemosynarii, patriarchæ Alexandriæ.*

Hic genere Cyprius erat, Epiphanii tum insulæ prætoris filius. Uxore autem, quam de parentum auctoritate duxerat, et filiis, quibus auctus fuerat, defunctis, omnem suam curam in id unum contulit, ut Deo placeret. Ob ejus igitur vitæ splendorem populus Alexandrinus ab Heraclio imperatore postulavit, ut Alexandriæ patriarcha per canonicam manuum impositionem crearetur. Quo in pontificatu cum multos annos egisset, et innumera miracula patrasset, ex eo, quod egentibus quæ necessaria erant, copiose suppeditaret, propter multam illius eleemosynam, Eleemosynarii cognomen merito tulit. Tandem venerabilis omnibus factus, quemadmodum scriptus de eo liber late ostendit, multis infidelium ad Dominum conversis in profunda senectute relictis terris ad cœlum lætus evolavit.

B

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΙΓ'

ἀνάμνησις τῆς ἐξορίας τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου.

Ἐπιτελεῖται ἡ μνήμη αὐτὴ νῦν ἀντὶ τῆς κοιμήσεως αὐτοῦ, διὰ τὸ ταύτην ἐν τῇ ὑψώσει τοῦ τιμίου μβαίνειν Σταυροῦ. Οὗτος δὲ ὑπῆρχεν ἐκ τῆς πόλεως Ἀντιοχείας τῆς Συρίας. Εὐθὺς οὖν ἐν ἀρχῇ τοῦ ου πολὺν περὶ τοὺς λόγους ἐκτήσατο ἔρωτα. Καὶ τῆλθεν ἐν τάχει πᾶσαν γραφὴν Ἑλλήνων τε καὶ ιστιανῶν. Καὶ δι' ἀρετὴν παρὰ μὲν Μελετίου τριάρχου Ἀντιοχείας γίνεται κληρικὸς, παρὰ δὲ αβιανοῦ διάκονος καὶ πρεσβύτερος. Πᾶσαν δὲ τὴν ίαν ἑρμηνεύσας Γραφὴν, ἐπεὶ Νεκτάριος ὁ τῆς υνσταντινουπόλεως πατριάρχης τὸν βίον ἀπέλιπε, φῳ τῶν ἐπισκόπων, καὶ τῇ τοῦ βασιλέως Ἀρκαδίου οστάξει, ἐκ τῆς Ἀντιοχείας μεταπεμφθεὶς, ἀρχιεὺς τῆς βασιλίδος καθίσταται πόλεως. Τὴν πλεονον δὲ ἐλέγχων, προσέκρουσε τῇ βασιλίδι Εὐδοξίᾳ, ὅπ, ἐκείνης ἀδίκως ἐξορισθεὶς ἐν Κουκουσῷ ς Ἀρμενίας, ἐκεῖ τελειοῦται.

C

EODEM MENSE.

Die decima tertia

184 *Commemoratio exsilii sancti Patris nostri Joannis Chrysostomi.*

Exsilii Chrysostomi commemoratio, non autem dormitionis ejus nunc celebratur, eam ob causam, quod hæc in idem tempus inciderit, quo pretiosæ Crucis exaltatio recolitur. Hic igitur Antiochiæ Syriæ natus, ab ineunte ætate plurimum studii ad dicendum adhibuit, et brevi Græcorum Christianorumque eruditionem consecutus est. Quamobrem singularem ejus virtutem admiratus Meletius, patriarcha Antiochiæ, illum in clericorum ordinem legit, Flavianus vero diaconum et presbyterum ordinavit. Cum vero totam Scripturam sacram exposuisset, in Nectarii defuncti locum, episcoporum suffragio, et Arcadii imperatoris jussu, Constantinopolitanus patriarcha electus, Antiochia in regiam urbem transmittitur, ibique pontifex constituitur. Sed cum Eudoxiæ imperatricis animum a se alienasset, quod ejus avaritiam objurgasset, ab ea in oppidum Armeniæ Cucusum iniquissime relegatus, ibi decessit.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

θλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Μίλη, ἐπισκόπου, καὶ μαθητῶν αὐτοῦ Ἑβόρη, πάπα, καὶ Σεβόη, διακονου.

Οὗτοι ὑπῆρχον ἐκ Περσίδος· ὁ δὲ ἅγιος Μίλης ρατηγὸς τὸ πρότερον ἦν· καταλιπὼν δὲ τὸ στραγεῖν, καὶ τῷ Θεῷ δουλεύσας, προεχειρίσθη ἐπίτοπος ἐν πόλει Περσικῇ, ἔνθα ὁ προφήτης Δανιὴλ ς ὁπτασίας ἐθεάσατο. Διωχθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν ἀπίων ἐκεῖθεν, ἦλθεν εἰς Ἱεροσόλυμα, εἶτα εἰς λεξάνδρειαν πρὸς τὸν μακάριον Ἀντώνιον. Καὶ θις ὑπέστρεψεν ἐν Περσίδι. Ἔνθα παρὰ Μισθοῦρη τοῦ βασιλίσκου, καὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ξίφει τὰ καρδίας πληγεὶς, τελειοῦται, διὰ τὸ μὴ θῦσαι Ἡλίῳ καὶ τῷ Πυρί. Ἔτι δὲ ἀμπνέων ἔφη πρὸς

D

Eodem die

185 *Certamen sanctorum martyrum Milis, episcopi, et dispulorum ejus Eboræ, papæ, et Seboæ, diaconi.*

Hi ex Perside fuerunt. Sanctus vero Miles stipendia belli merens, postea militiæ munere abdicato, cum se totum Dei servitio addixisset, episcopus in ea Persidis urbe ordinatur, ubi Daniel propheta visiones vidit. Sed inde ab infidelibus ejectus, Hierosolyma venit: deinde Alexandriam ad beatum Antonium: demum in Persidem reversus, a Mistophare regulo, ejusque fratre gladio in corde trajicitur, quod Soli et Igni sacrificare noluisset: quibus ille dum adhuc animam ageret, prædixit fore ut die sequenti mutuis regulus et

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

frater vulneribus eadem, qua ipse cæsus fuerat, hora conciderent. Quare vehementius commoti, discipulos ejus tamdiu fustibus contudere, dum animas Domino traderent. Postridie autem, juxta sancti prædictionem, fratres in furias acti, mutuis sese vulneribus confecere.

A τὸν βασιλίσκον, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ὅτι, λέ κατὰ τήνδε τὴν ὥραν ὑπ' ἀλλήλων φονευθήσε Ταῦτα εἰπόντος, ὀργισθέντες ὁ τε βασιλίσκος κ ἀδελφὸς αὐτοῦ μετὰ ξύλων τύπτοντες ἀνηλέ μαθητὰς τοῦ ἁγίου ἐφόνευσαν. Καὶ οὕτως τε καν τὰς ψυχὰς αὐτῶν τῷ Κυρίῳ. Κατὰ δὲ τ πρόῤῥησιν τοῦ ἁγίου μανέντες οἱ δύο ἀδελφ ἀλλήλων, ἀλλήλους ἐφόνευσαν.

Eodem die.

186 *Certamen sanctorum martyrum Antonini, Nicephori, Germani, et sociorum.*

Antoninus martyr provectus jam ætate; Nicephorus autem, et Germanus adolescentes, comprehensi a regionis præfecto, cum idolis sacrificare nollent, imo Christum confiterentur, in urbe Cæsarea capite plectuntur. Virgo autem quædam, Manetho nomine, Scythopolitana, comprehensa et ipsa, per totam urbem nuda traducitur: deinde diversis in locis gravissimis suppliciis excruciata, et ab omnibus Dei beneficio erepta, et incolumis evadens, cum multa miracula patrasset, plurimosque infidelium verbo Dei instructos ad Dominum convertisset, demum igni damnata, in ardentissimam fornacem, orans et gratias agens, ingreditur: ibique per multas horas in oratione perseverans, sacrum tandem spiritum in manus Dei viventis tradidit.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Ἀντωνίνου, Νικηφόρ Γερμανοῦ, καὶ τῆς συνοδίας αὐτῶν.

Ἀντωνῖνος ὁ μάρτυς ὑπῆρχε τὴν ἡλικίαν τε βηκὼς, ὁ δὲ Νικηφόρος καὶ ὁ Γερμανὸς ε Κρατηθέντες δὲ ὑπὸ τοῦ τῆς χώρας ἄρχοντος, καταναγκασθέντες θῦσαι τοῖς εἰδώλοις, καὶ μὴ σθέντες, ἀλλ' ὁμολογοῦντες τὸν Χριστὸν, τὰς π λὰς ἐν Καισαρείᾳ ἀπετμήθησαν. Παρθένος δέ Μανεθὼ λεγομένη, ὑπῆρχεν ἐκ Σκυθοπόλεως κρατηθεῖσα, καὶ ἀνὰ πᾶσαν τὴν πόλιν θριαμβ σα γυμνὴ, εἶτα τιμωρηθεῖσα ἐν διαφόροις πικραῖς βασάνοις, καὶ ἐκ πάντων θεοῦ ῥυσθεῖσα, καὶ ἀβλαβὴς διαμείνασα, μυρία θ ματουργήσασα, καὶ πολλοὺς τῶν ἀπίστων σασα τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπιστρέψασ Κύριον, τελευταῖον κατεκρίθη πυρὶ τελε καὶ τῆς καμίνου ἀναφθείσης, εὐξαμένη, κ στήσασα, εἰσῆλθεν ἐν αὐτῇ· καὶ ἐν τῇ πο πολλαῖς ταῖς ὥραις προσευχομένη, τὸ πν παρέθετο πνεῦμα εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος.

EODEM MENSE.

Die decima quarta.

187 *Dormitio sancti Patris nostri Hypatii thaumaturgi, episcopi Gangrorum.*

Hic unus fuit ex trecentis decem et octo Patribus, qui ad Nicænam synodum, Constantino Magno imperatore, adversus delirantem Arium convenerunt. Et plura quidem miracula edidit; sed illud in primis memorabile est, quod cum portentosæ magnitudinis draco in ærarium imperiale irrepsisset, omnesque ab ingressu propulsaret, accersitus ab imperatore, fusis precibus, illum interfecit: jussit enim rogum in foro accendi, et draconem ex ærario eductum, virgæque summitati, quam Hypatius tenebat, mordicus inhærentem, atque sequentem, in ignem injecit. Hinc imperator in ipsius ærarii aditu imaginem sancti accurate depingi mandavit. Hypatius vero ad Ecclesiam suam reversus, Novatianorum hæreticorum insidiis interimitur: nam a muliere quadam saxo in ejus caput projecto, hujus vitæ ergastulo liberatus, ad cœleste regnum avolavit.

C

D

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ

ΙΔ'

Ἡ κοίμησις τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ὑπα Θαυματουργοῦ, ἐπισκόπου Γαγγρῶν.

Οὗτος ὑπῆρχεν εἷς ἐκ τῶν τριακοσίων δέκ ὀκτὼ Πατέρων, τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων Ἀρείου τοῦ ματαιόφρονος, ἐπὶ τῆς βασιλείας Κ σταντίνου τοῦ Μεγάλου. Ἐποίησε δὲ θαύματα λά, ἐξ ὧν ἓν ὑπάρχει καὶ τοῦτο· Δράκοντος μ ἐν τῷ ταμείῳ τῶν βασιλικῶν χρημάτων ποθέν πύσαντος, καὶ εἰσελθεῖν μὴ συγχωροῦντος προσεκλήθη παρὰ τοῦ βασιλέως· καὶ ποιήσας ἐθανάτωσεν αὐτὸν προστάξας ἐν τῷ φόρῳ γε πυρὰν, καὶ ἀπὸ τοῦ ταμείου τὸν δράκοντα ἑλ δακόντα τὸ ἄκρον τοῦ ῥάβδου αὐτοῦ, καὶ ἐκ θοῦντα, καὶ βαλὼν ἐν αὐτῇ, καὶ καταλύσας ἐν τῇ εἰσόδῳ τοῦ ταμείου ὁ βασιλεὺς τὴν εἰκόν ἁγίου ἐζωγράφησεν. Ὑποστρέψαντα δὲ εἰς τ κείαν Ἐκκλησίαν ἐφόνευσαν οἱ αἱρετικοὶ Νοβ νοί· γυνὴ γὰρ ῥίψασα λίθον κατὰ κεφαλῆς τῆς ἐνθάδε μὲν ζωῆς ἀπήλλαξε, προεξένησε δὲ βασιλείαν οὐρανῶν.

Eodem die.

188 *Commemoratio sancti apostoli Philippi, unius ex duodecim apostolis.*

Philippus, ex duodecim apostolis unus, Bethsaidæ in Galilæa natus, post Domini ascensionem, multis miraculis editis, Trajano imperatore, Hierapolim

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμη τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Φιλίππου, ἑνὸς δώδεκα ἀποστόλων.

Φίλιππος ὁ εἷς τῶν δώδεκα ἀποστόλων, ἦν ἐκ Γαλιλαίας ἀπὸ Βηθσαϊδᾶ. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάληψ Κυρίου πολλὰ θαύματα ποιήσας, ἐπὶ Τραϊανοῦ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ιστιλέως παρεγένετο καὶ εἰς Ἱεράπολιν, μετὰ τῶν τὰ θυγατέρων αὐτοῦ, καὶ Μαριάμνης τῆς ἀδελφῆς τοῦ, καὶ Βαρθολομαίου τοῦ ἀποστόλου, διδάσκων ν λόγον τοῦ Χριστοῦ, καὶ πείθων τοὺς ἀπίστους τοστῆναι ἀπὸ τῆς πλάνης τῶν εἰδώλων. Εἶχον γὰρ ς Θεὸν τὴν ἔχιδναν. Ἐν οἷς ἦν καὶ Νικάνορα, γυνὴ ῦ ἀνθυπάτου, τοῦ καὶ τιμωρήσαντος αὐτούς. Εἶτα ρεμᾶται ὁ Βαρθολομαῖος καὶ ὁ Φίλιππος κατὰ κε-λῆς ἀπὸ τοῦ τείχους. Κρεμαμένου δὲ τοῦ Φιλίπ-ου, καὶ προσευχομένου, ἐξαίφνης ἠνοίχθη ἡ γῆ, ὶ κατέπιε τοὺς ἀθέους, καὶ τὸν ἀνθύπατον, καὶ ὴν ἔχιδναν, καὶ τοὺς ἱερεῖς αὐτῆς. Εἶτα διὰ Χρι-τοῦ ἀνῄχθησαν, πλὴν τοῦ ἀνθυπάτου καὶ τῆς ἐχί-νης. Ἐλύθη δὲ καὶ Βαρθολομαῖος, καὶ ἡ Μαριάμνη ῶν δεσμῶν. Ὁ δὲ Φίλιππος ἐτελειώθη.

A profectus est cum septem filiabus suis, et Mariamna sorore sua, atque Bartholomæo apostolo, docens verbum Christi, et infideles ab idolorum seductione abducens : viperam enim tanquam Deum colebant, e quibus et Nicanora erat proconsulis uxor. Quare cum proconsulis jussu Bartholomæus, et Philippus excruciati fuissent, et sublimibus e muro pedibus penderent, orante Philippo, repentino terræ hiatu omnes athei una cum proconsule, vipera, ejusque sacerdotibus hausti sunt. Deinde Christi beneficio omnes, præter præconsulem et viperam, in apertum evasere : solutoque Bartholomæro et Mariamna, Philippus vita functus est.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ. ΙΕ'

Ἄθλησις τῶν ἁγίων ὁμολογητῶν Γουρία, Σαμωνᾶ, καὶ Ἀβίβου, μαρτυρησάντων ἐν Ἐδέσῃ τῇ πόλει.

Οὗτοι ὑπῆρχον ἐπὶ Διοκλητιανοῦ τοῦ βασιλέως, καὶ Ἀντωνίνου δουκός. Καὶ διαβληθέντες, ὡς τοὺς ν τῇ φυλακῇ Χριστιανοὺς θεραπεύοντες, παρίστη-αν Γουρίας, καὶ Σαμωνᾶς ἐκ τῆς αὐτῆς πόλεως ντες, καὶ ἐν τάξει ἱερέων ὑπάρχοντες. Μὴ πεισθέν-ες οὖν θῦσαι τοῖς εἰδώλοις, κρεμῶνται ἕκαστος πὸ τῆς μιᾶς χειρὸς ἐπὶ πέντε ὥραις. Εἶτα κατενε-θέντες, καὶ ἐπιμένοντες τῇ ὁμολογίᾳ, πάλιν κρε-μῶνται ἀπὸ τῶν ποδῶν. Εἶτα ἐν λάκκῳ σκοτεινῷ μφότεροι βάλλονται, καὶ μετὰ τοῦτο τὰς κεφαλὰς ποτέμνονται. Ὁ δὲ ἅγιος Ἄβιβος, διάκονος ὤν, μαρτύρησεν ἐπὶ Λικιννίου, διαβληθείς, ὅτι κατὰ ὰς κωμας περιερχόμενος, ὑπαναγινώσκει τοῖς πίστοις τὰς ἱερὰς βίβλους, ἐπιστηρίξων αὐτούς. Οθεν, προστάξει τοῦ παρανόμου καὶ δυσσεβοῦς ασιλέως, εἰς κάμινον φρυγάνοις πολλοῖς ἀναφθεῖ-αν ἐμβληθείς, χαίρων ἐτελειώθη.

B

EODEM MENSE. Die decima quinta.

189 *Certamen sanctorum confessorum Guriæ, Samonæ, et Abibi, qui in urbe Edessa martyrium subiere.*

Isti Diocletiano imperatore, et Antonino duce claruerunt. Delati autem, quod Christianos in custodia inclusos curarent, Gurias, inquam, et Samonas, qui ex eadem urbe erant, et in ordine sacerdotum censebatur, coram duce adducti, neque idolis sacrificare volentes, sublimes ex altera tantum manu horis quinque pendere. Deinde depositi, cum in confessione persisterent, iterum inverso capite suspenduntur. Postea in tenebricosum lacum conjecti, gladio demum cæsi sunt. At sanctus Abibus diaconus, Licinio imperatore, martyrium subiit : accusatus enim, quod vicos peragrans, sacrarum litterarum lectione infideles confirmaret ejusdem impii et iniqui imperatoris jussu in caminum aridis virgultis accensum injectus, vitam lætus finivit.

C

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Δημητρίου τοῦ εἰς Δαβουδὴν μαρτυρήσαντος.

Ὁ μάρτυς Δημήτριος ὑπῆρχεν ἐπὶ Μαξιμιανοῦ καὶ Μαξιμίνου τῶν βασιλέων, ἀπὸ χωρίου Δαβουδὴ καλουμένου. Ὅστις διαβληθεὶς ὑπὸ τῶν εἰδωλολα-τρῶν, ὡς Χριστιανός, ἐκρατήθη ὑπὸ τοῦ ἡγεμόνος Ποὺπλίου. Καὶ ἐρωτηθείς, ἀνεκήρυξε παῤῥησίᾳ τὴν εἰς Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν πίστιν. Καὶ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος συνεργούμενος, ἐδίδασκε τοὺς παρ-εστῶτας, περί τε τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς ἀῤῥήτου οἰκονομίας, καὶ τῆς ὅλης ἀγαθότητος αὐτοῦ, καὶ φιλανθρωπίας, εἶτα τὰ περὶ τῶν εἰδώλων ὀπατηλὰ σεβάσματα, καὶ ὅτι κωφά εἰσι καὶ αὐτὰ, καὶ οἱ σεβόμενοι αὐτά. Διὸ εἰς ὀργὴν καὶ θυμὸν κινήσας τὸν ἡγεμόνα, ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθείς, ἐτελειώθη, ἀπολαβὼν οὐράνιον στέφανον παρὰ Χριστοῦ, ὃν ποθήσας ἐμαρτύρησε· τὸ δὲ τίμιον αὐτοῦ λείψανον ἐτάφη παρὰ πιστῶν, καὶ εὐλα-βῶν ἀνδρῶν, βρύον ἰάματα τοῖς προσερχομένοις αὐτῷ.

Eodem die.

190 *Certamen sancti martyris Demetrii, qui apud Dabudenum martyrio functus est.*

Demetrius martyr, Maximiano et Maximino imperatoribus, ex vico, quem Dabudenum vocant, ortum habuit. Accusatus vero ab idololatris, quod Christianus esset, a Publio præfecto corripitur, et D quæstione adhibita, non modo fidem Christi Dei nostri libere confessus est ; sed etiam Spiritu sancto cooperante apud circumstantes de incarnatione Domini nostri Jesu Christi, deque ineffabili ejus dispensatione, ac bonitate et clementia disseruit, adjiciens vanissimum esse idolorum cultum, quando et ipsa, et qui ea colerent, cæci essent. Quare vehementi iracundio commotus præfectus, jussit eum gladio obtruncari : qui expetitam a Christo coronam cœlestem accepit. Pretiosæ ejus reliquiæ a fidelibus piisque viris sepulcro conditæ, curationes accedentibus ad illas emittunt.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

Eodem die

191 *Cædes sancti Jacobi, fratris sancti Joannis Theologi.*

Jacobus apostolus ex duodecim apostolis unus, frater fuit sancti Joannis Theologi, filius Zebedæi ex Galilæa: quos videns Dominus una cum Zebedæo eorum patre secus stagnum Genezaret retia reficientes (erant enim piscatores), vocavit eos; et statim relictis omnibus, et patre, secuti sunt eum, ejusque disciplinæ sese tradidere. Post Domini autem ascensionem, et Deiparæ dormitionem, Joannes quidem Ephesum abiit, prædicationis munere ibi fungens; Jacobus vero relictis Hierosolymis, duodecim tribus Israel percurrens, Dominum nostrum Jesum Christum ubique annuntiabat. Quamobrem ab Herode tetrarcha in Cæsarea, Palæstinæ urbe, comprehensus, ejusque jussu gladio cæsus, in cœlum avolavit: ubi cum Christo Domino præceptore suo, Deoque nostro clementissimo regnat.

A

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἡ σφαγὴ τοῦ ἁγίου Ἰακώβου, ἀδελφοῦ τοῦ [illegible] Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου.

Ἰάκωβος ὁ ἀπόστολος ὑπῆρχε μὲν ἐκ τῶν [illegible] ἀποστόλων· ἦν δὲ ἀδελφὸς τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου, υἱὸς Ζεβεδαίου τοῦ ἀπὸ τῆς Γαλιλ[illegible] Οὓς καὶ ἰδὼν ὁ Κύριος μετὰ Ζεβεδαίου τοῦ πατρὸς αὐτῶν, παρὰ τὴν λίμνην Γεννησαρὲτ, κατασκευάζοντας τὰ δίκτυα αὐτῶν, ὡς ἁλιεῖς, ἐκάλεσεν αὐτούς. Καὶ εὐθέως ἀφέντες ἅπαντα, καὶ τὸν πατέρα αὐτῶν, ἠκολούθησαν αὐτῷ, καὶ ἦσαν παρ' αὐτοῦ διδασκόμενοι. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου, καὶ τὴν κοίμησιν τῆς Θεοτόκου, ὁ μὲν Ἰωάννης ἀπῆλθε τὴν Ἔφεσον, διδάσκων ἐν αὐτῇ· ὁ δὲ Ἰάκωβος ὑπολειφθεὶς εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ διελθὼν, εὐαγγελιζόμενος τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐκρατήθη παρὰ Ἡρῴδου τοῦ τετράρχου ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης· καὶ ὑπ' αὐτοῦ σφαγεὶς ἐν μαχαίρᾳ, ἀπῆλθε πρὸς οὐρανὸν, συμβασιλεύσων τῷ Κυρίῳ καὶ διδασκάλῳ Χριστῷ, τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ ἡμῶν.

B

C

EODEM MENSE.

Die decima sexta.

192 *Commemoratio sancti apostoli et evangelistæ Matthæi.*

Matthæus apostolus ex duodecim apostolorum numero fuit, publicamus, ac frater Jacobi cognomento Alphæi. Eum Dominus ad telonium sedentem conspicatus, vocavit, ut se sequeretur: ac statim sequentem, in suorum discipulorum numero ascripsit. Octavo post Christi ascensionem anno afflatu sancti Spiritus, sanctum Evangelium ejus nomine prænotatum conscripsit, sanctæque Hierosolymorum Ecclesiæ tradidit. Deinde multis gentium provinciis peragratis, verbum Christi disseminans, ad anthropophagos usque penetravit, apud quos multa tormenta perpessus, tandem creato illic relictoque episcopo Platone, Hierapolim Syriæ concessit: ubi plurimis Christiana fide imbutis atque baptizatis, vivendi finem fecit.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΙΣ'

Μνήμη τοῦ ἁγίου ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ Ματθαίου.

Ματθαῖος ὁ ἀπόστολος ὑπῆρχε μὲν καὶ [illegible] δώδεκα ἀποστόλων εἷς· ἦν δὲ τελώνης, υἱὸς Ἰακώβου τοῦ ἐπιλεγομένου Ἀλφαίου· Καθεζόμενον δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὸ τελώνιον ἰδὼν ὁ Κύριος [illegible] νος, ἐκάλεσεν ἐλθεῖν ὀπίσω αὐτοῦ· καὶ ἀναστὰς καὶ ἀκολουθήσαντα, ἐποίησε καὶ αὐτὸν μαθητήν. Ὅστις μετὰ τὴν τοῦ Κυρίου ἀνάληψιν, καὶ [illegible] ἐτῶν ὀκτὼ παρέλευσιν, συνεγράψατο τὸ κατ' αὐτὸν εὐαγγέλιον ἐπιπνοίᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἅγιον Εὐαγγέλιον τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ· καὶ παρέδωκεν αὐτὸ τῇ ἐν Ἱεροσολύμοις ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ. Εἶτα ἀπῆλθε πολλὰς ἐθνῶν χώρας, διδάσκων τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Ἔτι δὲ καὶ εἰς τοὺς ἀνθρωποκτόνους, τινες λέγουσιν ἀνθρωποφάγους· ἐν οἷς πολλὰ βασανισθεὶς, καὶ ἐπισκοπον ποιήσας Πλάτωνα λεγόμενον, καὶ καταλιπὼν ἐκεῖσε, ἀπῆλθεν εἰς Ἱεράπολιν τῆς Συρίας· κἀκεῖ διδάξας πολλοὺς τὸν λόγον τοῦ Χριστοῦ, καὶ βαπτίσας, τελειοῦται.

Eodem die.

193 *Certamen sancti martyris Barlaam.*

Barlaam martyr Antiochiæ Syriæ natus, ætate senex, ob Christi confessionem ad præfectum adductus, cum idolis sacrificare detrectaret, nervis bubulis gravissime cæditur, deinde unguibus evulsis, iterum admotus altari, explicata per vim manu, ignem simul cum thure excipere compulsus est. Existimabat enim præfectus, eum excussis ad aram una cum thure carbonibus, visum iri victimas diis obtulisse. At ille constans et immutabilis stetit, quovis ære ferroque duriorem dextram tenens, donec subjecta caro igni absumpta in terram decidit, perforata ejus manu; cum interim ipse averso ab ara vultu semper esset, et manum comburi mallet,

D

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Βαρλαάμ.

Βαρλαὰμ ὁ μάρτυς ὑπῆρχεν ἀπὸ Ἀντιοχείας τῆς Συρίας· γέρων δὲ τὴν ἡλικίαν ὑπάρχων, διὰ τὴν πρὸς Χριστὸν ὁμολογίαν προσήχθη τῷ ἄρχοντι. Καὶ μὴ πεισθεὶς θῦσαι τοῖς εἰδώλοις, τύπτεται μετὰ νεύρων, καὶ τοὺς ὄνυχας ἐκριζοῦται. Εἶτα τῷ βήματι προσαχθεὶς, βιαίως ἠπλώθη τὴν χεῖρα, καὶ πῦρ αὐτῇ καὶ λιβανωτὸν δέχεται. Ἐνόμισε γὰρ ὁ ἄρχων ὅτι τί τοὺς ἄνθρακας μετὰ τοῦ λιβανωτοῦ τῷ βήματι ἐπιβρίψει, δόξει θυσίαν προσαγαγεῖν τοῖς θεοῖς. Ὁ δὲ ἀνένδοτος ἵστατο καὶ ἄτρεπτος, εὐτονωτέρας ἔχων χαλκοῦ, καὶ σιδήρου φανείσης τῆς δεξιᾶς· ἕως ὑποκειμένην σάρκα τὸ πῦρ δαπανῆσαν, εἰς τὴν γῆν ἐξέπεσε, διατρυπηθείσης αὐτοῦ τῆς χειρός.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

του γινομένους, οὐδὲ ὅλως ἀπεστράφη πρὸς τὸν A quam thus ad aram projicere, atque ita generoso
λὸν, ἀλλ' ἡρετίσατο καταπαῆναι τὴν χεῖρα, ἢ firmoque animo beatam animam Domino tra-
ανον τῷ βωμῷ ἐμβαλεῖν. Καὶ οὕτω μετὰ γεν- didit.
ου καὶ στερροῦ φρονήματος παρέδωκε τὴν μακα-
ν αὐτοῦ ψυχὴν τῷ Κυρίῳ.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
ΙΖ'

EODEM MENSE.
Die decima septima.

ήμη τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου, **194** *Commemoratio sancti Patris nostri Gregorii*
ἐπισκόπου Νεοκαισαρείας, τοῦ Θαυματουργοῦ. *Thaumaturgi, episcopi Neocæsareæ.*

Οὗτος ἦν ἐπ' Αὐρηλιανοῦ τοῦ βασιλέως, υἱὸς Hic Aureliano imperatore floruit, Græcorum
ἱρχων Ἑλλήνων· αὐτὸς δὲ γεγονὼς Χριστιανός, parentum filius; ipse autem Christianus, fi-
τὸ τῆς πίστεως μυστήριον διδαχθεὶς διὰ ὁπτα- deique mysterium a sanctissima Deipara et Joan-
ς παρὰ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, καὶ τοῦ Θεο- ne Theologo per visionem edoctus, accepit et
γου Ἰωάννου, ἔλαβε καὶ τὸ τῶν θαυματουργιῶν donum miraculorum, unde Thaumaturgi cogno-
ρισμα, καὶ ἐκλήθη Θαυματουργὸς, ποιῶν θαύματα mentum adeptus est ob multa miracula, quæ pa-
λλὰ, ἐξ ὧν εἰσι καὶ ταῦτα. Εἰς γὰρ Ἀλεξάνδρειαν B travit, ex quibus hæc memorantur. Profectus ali-
ελθὼν, καὶ κατηγορηθεὶς ὑπὸ πόρνης, ἐπιπέμπει quando Alexandriam, in scortum, quod de se oblo-
τῇ δαίμονα· καὶ πάλιν ἰᾶται. Εἶτα μὴ παρὼν ἐν queretur, dæmonem immisit, sed paulo post etiam
ασείᾳ, ὅμως διὰ τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν, χειροτονεῖται fugavit. A Phædimo Amaseæ episcopo, ordinatur
σκοπος ὑπὸ Φαιδίμου τοῦ Ἀμασείας. Λίθον δὲ episcopus, cum Amaseæ non adesset; tanta erat
γαν ποιήσας περιπατῆσαι, ἐβάπτισε τὸν προσμο- virtutum illius opinio. Saxum ingens alio trans-
ιον τῶν εἰδώλων. Ἀδελφῶν δὲ δύο διὰ λίμνην tulit: eoque signo idolorum ædituum ad fidem
χομένων, ἐξήρανεν αὐτήν· καὶ τὴν ῥάβδον πῆξας, conversum baptizavit. Paludem, causam rixarum
τησε ποταμόν· ἥτις καὶ ἐγένετο εἰς δένδρον μέγα· inter duos fratres, exsiccavit. Fluvium defixo in
ἄλλα μυρία ποιήσας, ἐν τῷ μέλλειν ἐκδημεῖν terram baculo, qui et in magnam excrevit arborem,
χαρίστει τῷ Θεῷ, ὅτι ἐν τῇ αὐτοῦ πόλει τοσούτους coercuit. Cumque innumera alia portenta edidisset,
ιστιανοὺς κατέλιπεν, ὅσους εὗρεν ἀπίστους, καὶ migraturus ad Dominum, gratias illi agebat, quod
τως ἐτελειώθη. tot relinqueret in sua urbe, Christianos quot in-
fideles invenerat: atque hunc in modum decessit.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
ΙΗ'

EODEM MENSE.
C
Die decima octava.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Πλάτωνος. **195** *Certamen sancti martyris Platonis.*

Πλάτων ὁ μάρτυς ὑπῆρχεν ἀπὸ Ἀγκύρας τῆς Plato martyr Ancyræ Galatiæ natus, frater sancti
λατίας, ἀδελφὸς τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀντιόχου. martyris Antiochi, adhuc adolescens ab Agrippino
ὰ δὲ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν ἐκρατήθη παρὰ præfecto ob Christi confessionem comprehensus,
γριππίνου τοῦ ἡγεμόνος, ἔτι νέος τὴν ἡλικίαν· cum idolis sacra facere nollet, virgis cæditur a duo-
ὶ μὴ πεισθεὶς θῦσαι τοῖς εἰδώλοις, τύπτεται ὑπὸ decim militibus: deinde super candens ferreum
ώδεκα στρατιωτῶν μετὰ ῥαβδίων· καὶ πάλιν grabatum extensus, iterum fustibus percutitur:
ἑλωθεὶς ἐπὶ κραβάτου σιδηροῦ πεπυρακτωμένου, tum ferreis pilis candentibus axillas circum et la-
βδίζεται· καὶ σφαίραις σιδηραῖς πεπυρακτωμέναις tera aduritur, ut flamma fumo permista ex illius
ς μασχάλας καὶ τὰς πλευρὰς καταφλέγεται· ὥστε naribus erumperet. Mox dissecta ente intercidun-
ὶ τὴν φλόγα διὰ τῶν ῥινῶν αὐτοῦ σὺν καπνῷ ἐξερ- tur a capite per lumbos ad talos usque lora, quo-
ομένην ὁρᾶσθαι. Εἶτα ἑλωροτομήθη ἀπὸ τῆς κεφα- rum unum in Agrippini faciem, objurgata illius
ῆς μέχρι τῶν πτερνῶν τὰς ψύας αὐτοῦ. Ἐξ ὧν crudelitate, contorsit. Post hæc carceri includitur:
κδὼν ὁ ἅγιος ἵνα λῶρον, ἀπέῤῥιψεν εἰς τὸ πρόσ- D unde, cum post octo dierum inediam suaderetur, ut
πον Ἀγριππίνου, διελέγχων αὐτοῦ τὴν ὠμότητα. cibum sumeret, simulque irrideretur: Verbum, in-
ἶτα ἐμβάλλεται εἰς φυλακὴν, καὶ νηστεύει ἡμέρας quit, Christi mei me alit. Rursus itaque e custo-
κτώ. Τοῖς δὲ προσάγουσιν αὐτῷ ἄρτον, καὶ λέ- dia eductus, excruciatusque, caput lictori ampu-
ουσιν, ὅτι Φάγε, καὶ χλευάζουσιν, ἀπεκρίνατο· tandum lætus porrexit.
ἐμὲ τρέφει ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ μου. Καὶ πάλιν ἐκβληθεὶς τῆς φυλακῆς, καὶ βασασθεὶς, λαίρων
πεκεφαλίσθη.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ.
Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ῥωμανοῦ καὶ τοῦ σὺν αὐτῷ νηπίου.

Ἐπὶ Μαξιμιανοῦ τοῦ παρανόμου καὶ οὗτος ἐμαρ- Eodem die
196 *Certamen sancti martyris Romani, et socii infantis.*

ήρησε. Καθ' ὁδὸν γὰρ συναντήσας τῷ ἐπάρχῳ Hic impio Maximiano imperante martyrium subiit.
σκληπιάδῃ εἰς τὸν τῶν εἰδώλων ἀπερχομένῳ ναὸν, Obviam enim factus Asclepiadi præfecto tum, cum
idolorum fanum ingrederetur, zelo accensus, ca-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

natus est hominem ab hujusmodi proposito avertere, asserens idola nequaquam deos esse, sed unum esse Christianorum Deum. Quare colaphis cæsus, in equuleum rapitur et depectitur : qui dum torqueretur, pergebat dicere, unum esse Deum Christianorum, quem vel infantes agnoscunt. Productus itaque sancti jussu ad redarguendum præfectum infans, et interrogatus a præfecto, quemnam Deum coleret : Eum, inquit, quem Christiani colunt et adorant ; seque ita a matre edoctum. Verberibus igitur igitur exceptus infans præsente matre, aquam poposcit, qua sitim depellere. Cui mater : Ne bibas, ait, fili, ex hac aqua, sed vade, et ex aqua vivente bibe. Et hunc in modum decollatus est. Romanus vero post excisam linguam rursus expedite loquens, in carcerem detruditur, ibique Maximiani jussu suffocatus, martyrii coronam adeptus est.

A ζηλώσας, ἐπειράθη κωλῦσαι αὐτὸν, εἰπών, ὅτι Οὐκ εἰσὶ τὰ εἴδωλα θεοί, ἀλλ' εἷς Θεὸς ὁ τῶν Χριστιανῶν. Ὅθεν τύπτεται εἰς τὸ στόμα. Καὶ κρεμασθεὶς ξέεται. Ξεόμενος δὲ ἔλεγεν, ὅτι, Εἷς Θεὸς ὁ τῶν Χριστιανῶν, ὃν καὶ τὰ νήπια ἐπίστανται. Ἠνέῳθη δὲ καὶ παιδίον προστάξει τοῦ ἁγίου εἰς ἔλεγχον τοῦ ἐπάρχου. Καὶ ἔφη πρὸς αὐτὸ ὁ ἔπαρχος· Ποῖον Θεὸν σέβεις ; τὸ δὲ εἶπεν· Ὃν δουλεύουσιν οἱ Χριστιανοί, καὶ πιστεύουσι· καὶ τοῦτο ἐδιδάχθην ὑπὸ τῆς μητέρος μου. Εἶτα τυπτόμενον τὸ παιδίον, τῆς μητέρος παρεστώσης, ἐδίψησε, καὶ ἐζήτησε τὸ ὕδωρ. Ἡ δὲ μήτηρ εἶπε· Μὴ πίῃς, τέκνον, ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου· ἀλλ' ἄπελθε, πίε ἐκ τοῦ ζῶντος ὕδατος· καὶ οὕτως ἀπεκεφαλίσθη. Ὁ δὲ ἅγιος, ἐκτμηθεὶς τὴν γλῶσσαν, καὶ πάλιν λαλῶν, ἐνεβλήθη εἰς φυλακὴν, καὶ τῇ προστάξει τοῦ Μαξιμιανοῦ ἐν αὐτῇ ἀποπνιγεὶς, τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἔλαβεν.

B

EODEM MENSE.

Die decima nona.

197 *Certamen sancti martyris Azæ thaumaturgi.*

Iste ortum duxit ex Isaurorum regione, sub impio Licinio militans. Relicta autem militia, in eremum profectus, monasticam vitam suscepit, orationibus ac vigiliis sese exercens. Hinc multis miraculis et curationibus insignis fuit. Verum venatoribus montem indagine lustrantibus inventus, ad Diocletianum defertur. Misit itaque Diocletianus milites, qui correptum Azam suo sisterent tribunali : quorum ille centum quinquaginta, eum aridam ingressi viam, sitim qua conficiebantur, educta repente per orationem aqua exstinxissent, ad fidem convertit. Quamobrem in eos omnes incensus ira Diocletianus, tradidit Aquilino præfecto, ut de illis supplicium sumeret. Aza ergo de sublimi per capillos appensus, unguibus ferreis excarnificatur : deinde in fornacem ardentem injectus, cum illæsus intactusque inde evasisset, eoque signo præfecti uxorem ac filiam ad Christi fidem traduxisset, una cum his, ac militibus omnibus, ab irato præfecto capite plectuntur.

C

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΙΘ'

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος καὶ θαυματουργοῦ Ἄζη.

Ἐκ τῆς χώρας τῶν Ἰσαύρων οὗτος γενόμενος, ἐστρατεύθη παρὰ Λικιννίου τοῦ δυσσεβοῦς. Καταλιπὼν δὲ τὴν στρατείαν, ἀπελθὼν ἐν ταῖς ἐρήμοις ἐμόνασε, σχολάζων εὐχαῖς καὶ ἀγρυπνίαις· ἔνθα πολλὰς ἰάσεις καὶ θαυμάτων ἐνεργείας ἐξετέλεσε. Κυνηγετῶν δὲ διὰ θήραν ἀποσταλέντων ἐν τῷ ὄρει, φανερὸς ὁ Ἄζης τῷ Διοκλητιανῷ γίνεται. Ὁ δὲ πέμψας στρατιώτας, καὶ κρατήσας αὐτὸν, παρίστη τῷ βήματι αὐτοῦ, σὺν τοῖς ἑκατὸν πεντήκοντα στρατιώταις, πιστεύσασι καὶ αὐτοῖς. Διὰ γὰρ προσευχῆς ὕδωρ κατὰ τὴν ὁδὸν, ἄνυδρον οὖσαν, ἐξαγαγὼν, καὶ ποτίσας αὐτοὺς, ἐπεσπάσατο πρὸς τὴν πίστιν. Ὀργισθεὶς δὲ Διοκλητιανὸς, παρέδωκεν αὐτοὺς τιμωρηθῆναι Ἀκυλίνῳ τῷ ἐπάρχῳ. Ὁ δὲ ἐκ τριχῶν κρεμάσας τὸν ἅγιον, καὶ μετὰ σιδηρῶν ὀνύχων ξέσας, ἐνέβαλεν εἰς κάμινον πυρός. Καὶ ἰδοῦσα αὐτὸν ἡ γυνὴ τοῦ ἐπάρχου, μετὰ τῆς θυγατρὸς, ἀβλαβῆ ἐξελθόντα, ἐπίστευσαν. Ὀργισθεὶς δὲ ὁ ἔπαρχος ἀπεκεφάλισεν αὐτὰς, καὶ τοὺς στρατιώτας, καὶ τὸν ἅγιον.

D

Eodem die.

198 *Commemoratio sancti prophetæ Abdiæ.*

Sanctus propheta Abdias ex terra Sichem in regione Palæstinæ fuit, servus Achab Hebræorum regis. Cum autem idem Hebræorum rex Achab ad sanctum gloriosum magnumque prophetam Eliam duos quinquagenarios misisset, qui illum de monte ad ipsum regem accerserent, lapsusque de cœlo Eliæ precibus ignis illos cum sua cohorte consumpsisset, misit et hunc tertium, qui Eliam vocaret atque ad ipsum adduceret. At iste ubi in conspectum prophetæ venit, ad ejus pedes prolapsus, orare cœpit, ut sibi parceret, neque igni comburi sineret. Tum vero propheta ad regem descendit. Abdias autem relicto rege secutu[illegible]iam, ejus-

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμη τοῦ ἁγίου προφήτου Ἀβδιοῦ.

Ὁ ἅγιος προφήτης Ἀβδιοῦ ἐγένετο ἐκ τῆς γῆς Συχὲμ, χώρας τῆς Παλαιστίνης. Ἐδούλευε δὲ τῷ βασιλεῖ τῶν Ἑβραίων Ἀχαάβ. Ὅτε δὲ ἀπέστειλεν ὁ αὐτὸς βασιλεὺς τῶν Ἑβραίων ὁ Ἀχαὰβ, πρὸς τὸν ἅγιον Ἠλίαν τὸν ἔνδοξον καὶ μέγαν προφήτην, τοὺς δύο πεντηκοντάρχους, εἶπεν αὐτῷ, κατελθεῖν ἀπὸ τοῦ ὄρους πρὸς αὐτὸν, καὶ διὰ προσευχῆς τοῦ προφήτου κατεκάησαν μετὰ τοῦ λαοῦ ἑαυτῶν, πεσόντος πυρὸς ἐξ οὐρανοῦ καὶ καταφαγόντος αὐτούς, ἀπέστειλε καὶ τοῦτον τρίτον, ἵνα καλέσῃ αὐτὸν, καὶ ἀγάγῃ πρὸς αὐτόν. Καὶ ἀπελθὼν πρὸς τὸν προφήτην ἔπεσεν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἐδεήθη αὐτοῦ ἵνα μὴ κατακαῇ· καὶ οὐ κατεκάη. Τότε ἦλθε πρὸς τὸ

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

λέα ὁ προήτης. Καὶ ἀπὸ τότε καταλιπὼν βασιλέα ὁ Ἀδδιοῦ, ἠκολούθει τῷ ἁγίῳ Ἠλίᾳ. γενόμενος αὐτοῦ μαθητὴς, καὶ προφητεύσας λὰ, ἀπέθανε, καὶ ἐτάφη ἐν τῷ τάφῳ τῶν πατέρων ὐ.

A que disciplinæ se tradidit. Cumque multa prophetasset, obiit, et in sepulcrum patrum suorum illatus est.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ Κ'

EODEM MENSE. Die vicesima

λησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Δασίου τοῦ ἐν Δοροστόλῳ.

199 *Certamen sancti martyris Dasii in urbe Dorostolo.*

ν τῇ αὐτῇ πόλει τοιοῦτον ἔθος ἦν τοῖς Ἕλλησι Κρόνῳ ἐπετέλουν ἑορτὴν ἐτησίως. Πρὸ τριά- α δὲ ἡμερῶν τῆς τοιαύτης μυσαρᾶς ἑορτῆς λέγοντο ἕνα τινὰ τῶν στρατιωτῶν, νέον καὶ δῆ. Καὶ εὐτρέπιζον πρὸς θυσίαν, ἐνδύοντες ν ἱμάτια βασιλικὰ, καὶ προτρέποντες ἀποπλη- πᾶσαν ἐπιθυμίαν αὐτοῦ, ὡς μετὰ τριάκοντα B ρας μέλλοντα ἑαυτὸν ἐπισφάξαι τῷ βωμῷ τοῦ νου. Ἐλθόντος δὲ τοῦ κλήρου καὶ ἐπὶ Δάσιον στρατιώτην, καὶ τῶν συστρατιωτῶν περιστάν- αὐτῷ καὶ πρὸς τὰ ὅμοια ἐκβιαζομένων, ἐκεῖνος θῷ λογισμῷ χρησάμενος, ἐσκόπησε τὸ συμφέρον, ν, ὅτι Μέλλω θανεῖν· κρεῖττόν μοί ἐστιν, ὡς στιανῷ, ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ μου ἀποθανεῖν. Ὅθεν αστὰς τῷ τοῦ ἄρχοντος βήματι, Διοκλητιανοῦ Μαξιμίανοῦ τοῦτο μαθόντων, καὶ προσταξάντων, πολλὰ τιμωρησάντων, τελευταῖον τὴν διὰ ξίφους ατο τελευτήν.

Due in urbe mos iste Græcorum erat, ut triginta ante diebus, quam Saturnalia celebrarent, unum aliquem ex militibus insigni forma adolescentem deligerent, quem victimam Saturno destinabant. Hunc regio cultu indutum hortabantur; ut genio indulgeret, omnesque suas cupiditates expleret: quippe qui post tricesimam diem ad Saturni aram seipsum esset immolaturus. Lectus igitur sorte Dasius miles, apud circumstantes commilitones, qui eum ad rem hujusmodi compellebant, optima ratione usus, oblatamque sibi occasionem arripiens Quando, inquit, moriendum mihi est, præstat sane mihi, ut Christiano, pro Christo meo mortem oppetere. Quamobrem Diocletiani et Maximiani jussu ad præfecti tribunal productus, multisque tormentis excruciatus, tandem gladio cæsus est.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Eodem die

λησις τῶν ἁγίων τῶν ἐν Περσίδι μαρτυρη- άντων Νηρσᾶ, ἐπισκόπου, καὶ Ἰωσὴφ, μαθη- οῦ αὐτοῦ.

200 *Certamen sanctorum Nersæ, episcopi, et Josephi, ejus discipuli, qui in Perside martyrium subiere.*

C

ὗτοι οἱ ἅγιοι κατῴκουν ἐν Περσίδι, ἐπιμελόμενοι ῆς, καὶ φοβούμενοι τὸν ἀληθινὸν Θεὸν, τὸν ποιή- α τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, καὶ πορευόμενοι κατὰ ἐντολὰς αὐτοῦ. Καὶ ὁ μὲν Νηρσᾶς, γεγονὼς τερον ἐπίσκοπος ἐδίδασκε τὸν λαὸν τὴν εὐσέ- ν, πολλοὺς μαθητὰς ποιησάμενος· ἐν οἷς ἦν Ἰωσὴφ, ὁ ὕστερον διὰ πολλὴν ἀρετὴν προ- οισθεὶς ὑπὸ τοῦ Νηρσᾶ ἐπίσκοπος. Ὅτε δὲ, διὰ ἐπιστρέφειν τὸν λαὸν ἀπὸ τῆς πλάνης ἐπὶ τὴν ῦειαν, ἐκρατήθησαν ὑπὸ τῶν ἀθέων Περσῶν, ἦρχεν ὁ μὲν Νηρσᾶς ἐτῶν ὀγδοήκοντα, ὁ δὲ Ἰωσὴφ ηκονταπέντε. Παραστάντες οὖν τῷ βασιλεῖ, σαν αὐτῷ, ὅτι Εἰ δύνασαι, βασιλεῦ, μετὰ τὸ θα- ῶσαι ἡμᾶς ἑπτάκις ἀναστῆσαι, οὐδὲ οὕτως ἡμᾶς D ρίσεις ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ. Καὶ ταῦτα όντες, τὴν διὰ τοῦ ξίφους προθύμως ἐδέξαντο τε- ιτήν.

Isti sancti in Perside habitabant, singulari virtute præditi, Deumque verum timentes, qui fecit cœlum, et terram, et mare, et omnia quæ in eis sunt, et secundum ejus mandata ambulantes. Et Nersas quidem primum episcopus fuit, et populum ad pietatem hortando, complures discipulos fecit, in quibus fuit et Joseph, qui postea ab eodem Nersa ob insignes virtutes episcopus est ordinatus. Cum igitur ab atheis Persis, quod populum ab errore ad virtutem converterent, comprehensi sunt, tunc Nersas octoginta annorum erat, et Joseph octoginta quinque. Adducti vero ad regem: Si, inquiunt, o rex, nos septies occisos ad vitam revocaveris, non poteris tamen ab amore Christi abducere. Hæc cum dixissent, accepta gladii sententia alacri animo occubuere.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

λησις τῶν ἁγίων Ἰωάννου, Σαβωρίου καὶ Ἰσαακίου, τῶν ἐπισκόπων, καὶ Δαπίου καὶ Ἰσαακίου, τῶν πρεσβυτέρων.

201 *Certamen sanctorum Joannis, Saborii et Isaacii, episcoporum, Dapii et Isaacii, presbyterorum.*

αὶ οὗτοι οἱ ἅγιοι ἐν Περσίδι ἐτύγχανον ἐπί- οποι χρηματίζοντες. Ἐπεὶ δὲ τὸν λαὸν ἐδίδασκον, πλάνην τῶν Περσῶν καταλῦσαι σπουδάζοντες, λόγων ἰσχυρῶν ἀποδεικνύοντες, μηδὲν εἶναι τὰ ωλα, μήτε τὸν ἥλιον ἢ τὸ πῦρ θεοὺς, ἀλλὰ

Isti quoque sancti in Perside episcopi munus suum diligenter obibant, populum docentes, errorem Persarum depellere satagentes, vehementique oratione demonstrantes, nequaquam deos idola, solem et ignem, sed opera, et famulant

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

Deo tantum, sed etiam hominibus; ad nostrum enim ministerium hæc facta esse, unumque Deum illa produxisse. Delati ergo ad regem sunt; qui, furore percitus, missis militibus illos comprehendi jussit. Vincti autem, et ad ejus tribunal adducti, nudatique, virgis cæduntur, atque depectuntur. Cumque Dominum nostrum Jesum Christum non modo non abnegarent, verum etiam Deum verum, cumque erroris Persarum eversorem profiterentur, tyranni jussu, extra urbem, una cum sancto Onam asceta, lapidibus obruti sunt.

κτίσματα καὶ δοῦλα, οὐ μόνον τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀνθρώπων (διὰ γὰρ ἡμετέραν ὑπηρεσίαν σκον ταῦτα γενέσθαι, εἷς δὲ μόνος θεὸς ὁ παραγαγών), διεβλήθησαν τῷ βασιλεῖ. Ὁ δὲ θυμοῦ μεγάλου καὶ ὀργῆς, πέμψας, συν ἐκράτησεν αὐτούς. Οἵτινες δέσμιοι παρέστη βήματι αὐτοῦ. Καὶ γυμνωθέντες, διαφόρως στίζοντο, καὶ κατεξαίνοντο. Ἐπὶ δὲ τῷ ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν οὐ μόνον οὐκ ἠρνή ἀλλὰ καὶ Θεὸν ἀληθινόν, καὶ τῆς τῶν Περσῶν νης καταλυτὴν ἀνωμολόγουν, προστάξει τοῦ νου, τῆς πόλεως ἔξω, σὺν τῷ ἁγίῳ Ὠνὰμ τῷ ἐλιθοβολήθησαν.

Eodem die

202 *Certamen sanctorum Boethazat Eunuchi, et Sasannis, et sociorum virorum ac mulierum.*

Isti etiam in eadem impia, et idololatriæ dedita iniquorum Persarum regione claruere. Et Boethazat quidem a prima ætate Christianus, correptus, cum Soli Ignique sacrificare nollet, jussu regis Persarum. una cum sanctis. post multa tormenta et cruciatus interemptus fuit. In horum numero Thecla et Anna sanctimoniales, et plures aliæ feminæ, plurima pro Christo perpessæ, cum vehementius impii regis immanitatem et stultitiam redarguissent, capite plexæ sunt. Similiter et tres virgines gladio cæsæ occubuere : ex quorum sanguine enata ficus, curationum donum fidelibus dedit, morbum omnem languoremque depellens, donec athei et impii Manichæi ob divinorum, quæ edebantur, miraculorum frequentiam invidia stimulati, illam succiderunt.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τῶν ἁγίων Βοηθαζὰτ τοῦ Εὐνούχου Σασάνους, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς ἁγίων ἀνδρῶν γυναικῶν.

Ὁμοίως καὶ οὗτοι ἐν τῇ δυσσεβεστάτῃ καὶ δώλῳ χώρᾳ τῶν παρανόμων Περσῶν ἐτύγχα ὁ μὲν Βοηθαζὰτ Χριστιανὸς ἐκ βρέφους ὢν τηθεὶς, καὶ μὴ πεισθεὶς θῦσαι τῷ Ἡλίῳ Πυρὶ, προστάξει τοῦ Περσῶν βασιλέως, ἁγίοις, μετὰ πολλὰς βασάνους καὶ τιμωρίας μεθ' ὧν καὶ γυναῖκες ἅγιαι ἀσκήτριαι, Ἄννα, καὶ ἕτεραι πολλαί, πλεῖστα ὑπὲρ παθοῦσαι, καὶ στερρῶς ἐλέγξαντες τὴν τοῦ δυσσεβοῦς βασιλέως, καὶ παραφροσύνη φαλίσθησαν. Ὁμοίως καὶ τρεῖς παρθέν ραις κατεκόπησαν. Ὅπου δὲ ἐβρύευσε τὸ τῶν, συκῆ ἀναβλαστήσασα, ἰαμάτων χάρ τοῖς πιστοῖς, θεραπεύουσα πᾶσαν νόσον, μαλακίαν. Ὕστερον δὲ φθονήσαντες τῇ θαυμάτων ἐνεργείᾳ οἱ ἄθεοι καὶ ἀσεβεῖς ἐξέκοψαν τὴν τοιαύτην συκῆν.

Eodem die

203 *Commemoratio sancti Gregorii Decapolitæ.*

Gregorius Decapolita ex Decapoli in Isauriæ provincia fuit temporibus impiorum Iconomachorum. Ubi autem adolescentiam attigit, paratas sibi a parentibus nuptias vitaturus, monachus fit, et in speluncam subit dæmonum frequentia infestam, a quibus verberatus, oratione tandem illos inde exturbavit. Sed per visum a Deo monitus, relicta spelunca, cœpit terrarum orbem peragrare. Cum igitur Syracusas Siciliæ urbem venisset in quadam muri civitatis turri habitavit, ubi et plurima edidit. Mox Thessalonicam petiit, deinde Byzantium. Illic aliquanto post, juxta visionem divini Simeonis ibidem pietatis causa vincti, cum quo abunde versatus est, ac de anima philosophatus, migravit ad Dominum.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμη τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Δεκαπολίτ

Γρηγόριος ὁ Δεκαπολίτης, ὑπῆρχεν ἐκ τῆς χίας Ἰσαυρίας Δεκαπόλεως, ἐπὶ τῶν χρόν δυσσεβῶν Εἰκονομάχων. Εἰς ἡλικίαν δὲ ἐλθ ληθέντων τῶν γύνεων πρὸς γάμον ἐκδοῦνα φυγὼν γέγονε μοναχός. Καὶ εἰσῆλθεν εἰς σπ ἐν ᾧ δαίμονες πολλοὶ κατῴκουν. Οἳ καὶ τ τὸν ἅγιον, τελευταῖον διὰ προσευχῆς αὐτοῦ δεύθησαν. Εἶτα ὑπὸ θείας ὀπτασίας τὸ σπ ἀφεὶς, καὶ ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν ἀπερχόμενος ἤντησεν εἰς Συράκουσαν, πόλιν τῆς Σικελίας θὼν εἰς ἕνα τῶν πύρδων τοῦ τείχους, ἐν ᾧ πολλὰ καθ' ἑκάστην ἐπετέλει. Εἶτα ἀπῆλθ Θεσσαλονίκην· εἶτα εἰς τὸ Βυζάντιον, κατ τοῦ θείου Συμεῶνος ἐκεῖσε δεσμώτου ὄντος, εὐσέβειαν. Ὅτινι καὶ διατρίψας ἱκανῶς, περὶ ψυχῆς συμφιλοσοφήσας, μετ' ὀλίγον πρ ριον ἐξεδήμησεν.

EODEM MENSE.

Die vicesima prima

204 *Ingressus Deiparæ, cum ad templum præsentata fuit et in Sancta sanctorum introducta.*

Post admirabilem sanctorum Joachim et Annæ

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΚΑ'

Τὰ εἰσόδια τῆς Θεοτόκου, ὅτε προσηνέχθη ἐν τῷ καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων.

Μετὰ τὸν παράδοξον τόκον τῶν ἁγίων Ἰωα

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Ἄννης, πληρωθέντος διετοῦς χρόνου ἀπὸ τῆς τῆς γεννήσεως τῆς ἐνδόξου Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας εἶπεν Ἰωακεὶμ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ Ἀννῃ. Ἀπαγάγωμεν αὐτὴν ἐν τῷ ναῷ Κυρίου, καθὼς ὑπεσχόμεθα. Καὶ εἶπεν Ἄννα· Μείνωμεν τὸ τρίτον ἔτος· μήποτε ζητήσῃ πατέρα, ἢ μητέρα, καὶ κατευθυνθήσεται ἐνώπιον Κυρίου. Καὶ μετὰ τρία ἔτη, εἶπεν Ἰωακείμ· Καλέσωμεν τὰς θυγατέρας τῶν Ἑβραίων τὰς ἀμιάντους, καὶ λαβέτωσαν ἀνὰ λαμπάδα, καὶ ἔστωσαν αἱ λαμπάδες καιόμεναι· μήποτε στραφῇ ἡ παῖς εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ αἰχμαλωτισθῇ ἡ διάνοια αὐτῆς ἐν ναῷ Κυρίου. Καὶ ἐποίησαν οὕτως. Καὶ ἐδέξατο αὐτὴν Ζαχαρίας καὶ εἶπεν αὐτῇ· μεγαλύναι Κύριος τὸ ὄνομά σου. Καὶ ἐνάθισεν αὐτὴν ἐπὶ τοῦ βαθμοῦ τοῦ θυσιαστηρίου· καὶ ἦν τρεφομένη ὑπὸ ἀγγέλου, ἕως ἐγένετο ἐτῶν δώδεκα. Πληρωθέντος τοῦ καιροῦ τῆς μνηστείας, παρέλαβεν αὐτὴν Ἰωσὴφ ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων ἐν ναῷ Κυρίου.

partum, secundus a venerabili gloriosæ Deiparæ, semperque Virginis Mariæ nativitate jam exibat annus, cum Joachim uxori suæ Annæ dixit : Ducamus eam in templum Domini, quemadmodum polliciti sumus. Cui Anna: Tertium prius annum expleat ne forte, parentum desiderio, non dirigatur in conspectu Domini. Post tertium igitur annum ait Joachim : Accersamus immaculatas Hebræorum puellas, quæ accensas lampades præferant, ne ad ea, quæ retro sunt, se convertat puella, sed mens ejus tota in templo Domini mancipetur. Atque ita fecerunt. Excipiens igitur puellam Zacharias, inquit : Magnificet Dominus nomen tuum : simulque eram in altaris gradu collocavit. Et nutriebatur ab angelo, donec annum duodecimum attigit. Cumque tempus desponsationis advenisset, accepit eam Joseph a pontificibus in templo Domini.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ. ΚΒ'

λησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Μάρκου καὶ Στεφάνου.

EODEM MENSE, Die vicesima secunda

205 *Certamen sanctorum martyrum Marci et Stephani.*

Ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ παρανόμου Διοκλητιανοῦ οὗτοι οἱ ἅγιοι τὸν τῆς ἀθανασίας ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ διήθλησαν ἀγῶνα· Ὑπάρχοντες γὰρ ἐκ πόλεως Ἀντιοχείας τῆς Πισιδίας, καὶ πάντα μετὰ παῤῥησίᾳ τοῖς προσερχομένοις τὸν τῆς ἀληθείας λόγον κηρύττοντες, καὶ τὸν Χριστὸν Θεὸν ἀληθινὸν ὁμολογοῦντες, καὶ Κύριον τοῦ παντὸς, διεβλήθησαν Μάγνῳ τῷ ἡγεμόνι, καὶ κρατηθέντες, πλεῖστα βασανισθέντες, καὶ μὴ πεισθέντες ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, συνεδέθησαν τῷ μετὰ τῶν ἄλλων μαρτύρων τῶν λεγομένων Καλυντηνῶν ὡς ἀστὴρ ἐκλάμποντι, Μάρκῳ καὶ αὐτῷ καλουμένῳ. Ὁμοδιαφόρως συναθλήσαντες αὐτῷ, καὶ πολλὰ τιμωρηθέντες, καὶ μὴ πεισθέντες θῦσαι τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσιν, ἀπετμήθησαν τὰς τιμίας αὐτῶν κεφαλὰς προστάξει τοῦ Μάγνου, καὶ κατετέθησαν τῇ χώρᾳ τῆς Πισιδίας, ἐξ ἧς καὶ ἐγένοντο.

Imperante impio Diocletiano, hi sancti in agonem immortalitatis pro Christo descenderunt. Erant autem ex Antiochia Pisidiæ urbe ; qui cum summa passim libertate eos, qui se conveniebant, verbo veritatis instituerent, Christumque verum Deum omniumque Dominum profiterentur, delati ad Magnum præfectum, et correpti, tormentis subjiciuntur. Cumque nulla ratione suaderi possent ut Christum abnegarent, cum altero cognomine Marco, qui inter sanctos martyres Calyntenos appellatos velut sidus emicabat, vinculis constricti, acerbissimis omnis generis cruciatibus vexantur. Verum in Christi fide perseverantes, adduci non potuere, ut impuris dæmoniis immolarent, Quamobrem sacris ipsorum capitibus, Magni jussu, obtruncatis, in eadem, in qua nati erant, Pisidiæ regione sepulti fuere.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ. ΚΓ'

λησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Ἀρχίππου, μαθητοῦ Παύλου τοῦ ἀποστόλου, καὶ Φιλήμονος τοῦ στρατιώτου.

EODEM Die vicesima tertia

206 *Certamen sanctorum martyrum Archippi, discipuli Pauli apostoli, et Philemonis militis.*

Οὗτοι ὑπῆρχον ἐπὶ Νέρωνος τοῦ βασιλέως. Μαθηταὶ δὲ γεγονότες τοῦ ἁγίου Παύλου, ἐμαρτύρησαν ἐν Χώναις, πόλει τῆς Φρυγίας, ἥτις ἐστὶ πλησίον Λαοδικείας. Ἑορτῆς γὰρ ἀγομένης τῇ μυσαρᾷ Ἀρτέμιδι, ἐν τῷ ταύτης ναῷ, τῷ ἐν Χώναις, παρὰ πάντων πεπλανημένων Ἑλλήνων, οὗτοι οἱ ἅγιοι τὴν δοξολογίαν ἀνέπεμπον τῷ Θεῷ ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ, μετὰ τῶν Χριστιανῶν. Εἶτα ἐπιθέμενοι αὐτοῖς εἰδωλολάτραι, τῶν μὲν λοιπῶν φυγόντων, μόνου τοῦ Ἀρχίππου καὶ Φιλήμονος, καὶ Ἁμφίας ὁμοπειθοῦντων, κρατήσαντες αὐτοὺς, ἤγαγον πρὸς Ἀνδρόνικον τὸν σιτοφύλακα Ἐφέσου. Τύπτεται οὖν παρ' αὐτοῦ ὁ Ἄρχιππος· καὶ μὴ πεισθεὶς θῦσαι τοῖς εἰ-

Hi, Nerone imperante, discipuli fuerunt sancti Pauli, et Chonis in Phrygia haud procul a Laodicæa urbe, martyrium subierunt. Cum enim festus abominandæ Dianæ dies in ejusdem templo Chonis a superstitiosis Græcis ageretur, isti Sancti in sanctissima ecclesia simul cum Christianis laudes Deo decantabant. Quare facto ab idololatris in illos impetu, cæterisque in fugam conversis, Archippus, Philemon, et Amphias soli constitere. Vincti igitur ad Androclem, rei frumentariæ Ephesi præfectum, perducuntur; et Archippus quidem flagellis, ejus jussu, cæditur: cumque idolis sacrificare recusaret, in foveam injectus, atque aggere ad umbilicum usque obrutus

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

puerorum stylis confoditur, demum lapidatur. Philemon autem fustibus eo usque confunditur, dum animam efflavit.

EODEM MENSE.

Die vicesima quarta

207 *Certamen sanctæ martyris Cæciliæ, et sanctorum sociorum Valeriani et Tiburtii.*

Cæcilia, martyr Romæ, locupletibus parentibus nata, Valeriano in matrimonium collocata, hunc ad Christi fidem ob angeli apparitionem, quem ipsi monstraverat, traduxit. Valerianus autem Tiburtium fratrem induxit, ut baptismum susciperet. Quos omnes Urbanus urbis episcopus docuit. Porro Tiburtius eam gratiam promeruit, ut quotidie angelorum aspectu et colloquio frueretur. Sed cum et ipse et Valerianus corpora martyrum sepelirent, ad præfectum urbis delati, tormentisque subjecti, Maximo Cubiculario traduntur, a quo veneranda eorum capita abscissa sunt: ipsum tamen cubicularium Maximum ad Christi fidem postea pertraxerunt, qui et præfecti jussu excruciatus vitam finivit. At vero Cæcilia in balneum ardentissimum conjecta, cum triduum ibi illæsa mansisset, capite plexa est.

Eodem die

208 *Certamen sancti Patris nostri sacromartyris Sisinnii, episcopi Cyzici.*

Sacrosanctus martyr Sisinnius, Diocletiano imperatore, Cyzici episcopus, Græcorum multitudinem, idem Christi docens, eosque a patria idolorum superstitione ad Dominum convertens, in ejus nomine baptizabat; fideles vero confirmabat, suisque monitis firmiores reddebat. Sed et eos qui ob Christi nomen comprehensi, et in carceres inclusi erant aut tormentis subjecti, visitabat, curabat, et ad martyrium fortiter subeundum impellebat. Quare delatus ad Diocletianum, comprehenditur: et magis primum gravissime cæditur: mox suspensus [illegible] unguibus dilaniatus, custodiæ traditus [illegible] fame, siti et sexcentis aliis [illegible]. Postea eductus, atque ut [illegible] structura excitatus, gladio finem [illegible]

Eodem die

209 *Commemoratio sancti Gregorii episcopi Agrigenti Thaumaturgi.*

[illegible] imperante, Chariton et [illegible] probatissimi homines, in [illegible]. Horum filius fuit [illegible] baptismatis fonte [illegible] et clericum fecit. [illegible] sacra loca invi[illegible] Hortensiano diaco-

δώλοις, εἰς βόθρον ἐμβάλλεται, καὶ χώνευτ[ος] τοῦ ὁμφαλοῦ. Καὶ ὑπὸ παίδων σχολιτῶν γε[νό]κατακεντηθεὶς ὅλον τὸ σῶμα πρότερον, ὕστερ[ον] θοβολήθη. Εἶτα καὶ ὁ ἅγιος Φιλήμων μετ[ὰ] τυφθεὶς ἀνηλεῶς, τελειοῦται.

MHNI TΩ AYTΩ.

KΔ'

Ἄθλησις τῆς ἁγίας μάρτυρος Κικιλίας, [καὶ] σὺν αὐτῇ ἁγίων Βαλεριανοῦ καὶ Τιβουρτ[ίου].

Ἡ μάρτυς Κικιλία ὑπῆρχεν ἐκ τῆς πόλ[εως] μὴς πλουσίων γονέων θυγάτηρ. Μνηστε[υθεῖσα] Βαλεριανῷ, τοῦτον ἐπὶ τὴν εἰς Χριστὸν πί[στιν] ἤγαγεν, ἐξ ἐπιφανείας ἀγγέλου, ὃν καὶ [ἔδειξε] αὐτῷ. Ὁ δὲ Βαλεριανὸς ἔπεισε βαπτισθῆναι [καὶ] τιον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Οἱ τρεῖς ἐδιδάσκον[το] Οὐρβανοῦ ἐπισκόπου τῆς πόλεως. Τοσ[αύτης] ἠξιώθη χάριτος ὁ Τιβούρτιος, ὡς καὶ ἀγγ[έλων] ἑκάστην προσομιλεῖν. Οὗτος τὰ σώματα [τῶν] ἀθλούντων μαρτύρων θάπτων, μετὰ τοῦ [συ]νοῦ, διαβάλλεται τῷ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως. [Ὑ]αὐτοῦ τιμωρηθέντες, παρεδόθησαν Μαξίμ[ῳ] κλαρίῳ· καὶ παρ' αὐτοῦ τὰς τιμίας αὐτῶν [κε]θησαν κεφαλάς, ἐπισπασάμενοι καὶ τ[ὸν] κλάριον Μάξιμον εἰς τὴν πίστιν. Ὅπως [δὲ] ἐπάρχου τιμωρούμενος, ἐτελειώθη. Ἡ δὲ [Κ]εἰς λουτρὸν ἐκπυρωθὲν ἐμβληθεῖσα, καὶ τ[ρεῖ]ρας διανύσασα, καὶ μηδὲν βλαβεῖσα, ἐτμήθ[η τ]φαλήν.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν [Ἰησ]Σισιννίου, ἐπισκόπου Κυζίκου

Ὁ ἅγιος ἱερομάρτυς Σισίννιος ὑπῆρχεν [ἐπὶ] κλητιανοῦ τοῦ βασιλέως, ἐπίσκοπος Κυζ[ίκ]σκων δὲ τὰ πλήθη τῶν Ἑλλήνων τὴν εἰς [Χ]στιν, καὶ ἐπιστρέφων ἀπὸ τῆς πατρ[ί]πλάνης τῶν εἰδώλων ἐπὶ τὸν Κύριον, κ[αὶ] εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, τοὺς δὲ πιστοὺς στη[ρί]ἑδραιοτέρους ποιῶν ταῖς παραινέσεσιν, [ἐπ]τοὺς κρατουμένους διὰ τὸ ὄνομα τοῦ Χριστ[οῦ] φυλακαῖς ὄντας καὶ βασάνοις ἐπισκεπτόμ[ενος] θεραπεύων, καὶ ἐπαλείφων πρὸς τὸ μαρτ[ύ]ἐβλήθη τῷ Διοκλητιανῷ· καὶ κρατηθείς, πρ[ὸς] μαστιγοῦται, καὶ τύπτεται ἰσχυρῶς. Κ[αὶ] σθείς, ξέεται τὰς πλευράς. Ἔπειτα π[αρ]φυλακῇ, καὶ λιμῷ προσπαλαίει καὶ δίψει, [καὶ] ραις μυρίαις θλίψεσιν. Εἶτα τῆς φυλακῆς [ἐκ]καὶ πάλιν ἀναγκασθεὶς ἀρνήσασθαι τὸν Χρ[ιστ]μὴ πεισθεὶς, τὴν διὰ ξίφους χαίρων ἐδέξατο [τ]

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμη τοῦ ἁγίου Γρηγορίου, ἐπισκ[όπ]Ἀκραγαντίνων πόλεως.

Ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥινο[κο]Χαρίτων τις καὶ Θεοδότη ἡ σύμβιος αὐτοῦ, [ἄν]ἄνθρωποι, ὑπῆρχον ἐν τῇ πόλει Ἀκραγαν[τί]ὧν ἐγεννήθη Γρηγόριος οὗτος. Ὃν ἐκ τ[οῦ] βαπτίσματος δεξάμενος ὁ ἐπίσκοπος, [ἀν]εἶτα καὶ κληρικὸν πεποίηκεν. Ὀκτὼ καὶ [δέ]ἐτῶν γενόμενος, ἀπῆλθε προσκυνήσων τοὺς

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ους, καὶ γίνεται διάκονος ὑπὸ Μακαρίου, ἐπι- A nus creatur: hinc Byzantium, deinde Romam pro-
του Ἱεροσολύμων. Εἶτα ὑπέστρεψεν εἰς τὸ Βυ- fectus, hic demum Agrigentinorum episcopus or-
τιον· εἶτα εἰς Ῥώμην· ἐν ᾗ καὶ προσχειρίζεται dinatur. Unde invidia moti Sabinus et Crescentinus,
σκοπος Ἀκραγαντίνων. Ὅθεν φθονήσαντες αὐτῷ maximum ei facessebant negotium, quorum tamen
Σαβῖνος, καὶ Κρισκεντῖνος, μυρίους πειρασμοὺς insolentiam multis editis divina gratia miraculis
ἤγαγον. Καὶ θαυματουργήσας διαφόρως, Θεοῦ compressit, eosque nigros reddidit, ita ut ad hanc
χάριτι, κατήσχυνεν αὐτούς, καὶ μέλανας ἐποίησεν, diem eorum posteritas ita appareat. Atque Eccle-
ὡς καὶ μέχρι τῆς σήμερον οὕτω φαίνεσθαι κατὰ siam hac ratione recipiens, patratisque innumeris
γράφην. Καὶ οὕτω παραλαβὼν τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ prodigiis, in extrema senectute vita functus est.
πολλὰ ἐργασάμενος θαύματα, ἐν βαθυτάτῳ γήρᾳ τὸν
βίον ἀπέλιπεν.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
ΚΕ'

EODEM MENSE.
Die vicesima quinta

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Κλήμεντος, ἐπισκόπου Ῥώμης.

210 *Certamen sacrosancti martyris Clementis, Romæ episcopi.*

Κλήμης ὁ σοφώτατος ὑπῆρχε μαθητὴς καὶ διά- B Clemens sapientissimus sanctorum apostolorum
κος τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Ἀπὸ κινδύνου γὰρ discipulus et successor, naufragio et fluctibus ali-
πάσης ποτὲ διασωθεὶς, καὶ τῷ ἀποστόλῳ Πέτρῳ quando ereptus, et cum Petro apostolo congressus,
συγχὼν, ὑπ' ἐκείνου διδάσκεται τὴν εἰς Χριστὸν ab eo Christi veritatem edoctus est, cum jam Græ-
ἀλήθειαν, ἐπιστάμενος καὶ τὴν Ἑλληνικὴν γνῶσιν. corum scientiam teneret. Factus autem Evangelii
Μετὰ δὲ τοῦ Εὐαγγελίου γεγονὼς, καὶ τὰς τῶν præco, apostolicarum Constitutionum scriptor, epi-
ἀποστόλων Διατάξεις συγγραψάμενος, κατέστη καὶ scopus Romæ constituitur. Sed a Trajano imperatore comprehensus, tortusque, Ancyram Galatiæ relegatur: ubi pariete inclusus obstructa lapidibus janua, atque legumine tantum sustentatus, in hoc squalore et angustia e vita excessit: cujus pretiosæ reliquiæ, ut fertur, a fidelibus quibusdam sublatæ, Chersonam transferuntur, quæ in profundum maria ab idololatris projectæ innumera miracula in hanc usque diem ad Christi gloriam operantur.
ἐπίσκοπος. Ἀλλὰ, παρὰ Τραϊανοῦ βασιλέως
κριθεὶς, τιμωρεῖται. Εἶτα ἐν Ἀγκύρᾳ τῆς Γαλα-
τίας παραπέμπεται. Ἐν ᾗ καὶ ἐν τοίχῳ τινὶ ἀπο-
κλείεται ἀναφραγείσης τῆς αὐτοῦ θύρας ἐκ λίθων.
Ἔνθα καὶ ὀσπρίοις μόνοις ἀνετρέφετο. Οὕτω δὲ στε-
νάξας, τέλει βίου ἐχρήσατο. Ὕστερον δὲ, ὡς
φασι, πιστί τινες ἀναλαβόμενοι τὸ τίμιον αὐτοῦ
λείψανον, ἀπεκόμισαν ἐν Χερσῶνι· ὅπερ ἐναπερ-
ριφὲν τῇ θαλάσσῃ ὑπὸ τῶν εἰδωλολατρῶν, μυρία θαύματα ἐνεργοῦν μέχρι καὶ σήμερον εἰς δόξαν
τοῦ Χριστοῦ.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ
Eodem die

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Πέτρου Ἀλεξ- C
ανδρείας.

211 *Certamen sancti martyris Petri Alexandrini.*

Πέτρος ὁ ἱερομάρτυς ὑπῆρχεν ἐπὶ Μαξιμιανοῦ Petrus sacromartyr, Maximiano imperatore epi-
τοῦ βασιλέως ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας. Κρατηθεὶς scopus Alexandriæ, comprehensus, mortique addi-
ἔμελλεν ἀποκεφαλισθῆναι. Καὶ ἀκούσας τοῦτο ὁ ctus, exspectabat qui eum decollaret. Quod ubi
αἱρετικὸς Ἄρειος, ὃν εἶχεν ὁ ἅγιος ἔξω τῆς Ἐκκλη- rescivit hæreticus Arius, quem sanctus extra Eccle-
σίας, ἦλθε συγχώρησιν αἰτούμενος. Τὸν δὲ ἅγιον siam ejecerat, ad eum accessit, veniam petiturus.
οὐκ ἠθέλησε συγχωρῆσαι αὐτῷ, ἀλλ' εἶπεν, ὄναρ Cui sanctus Petrus nequaquam veniam dedit, sed
ἰδὼν, τὸν Κύριον αὐτὸν ἐν σχήματι νεανίσκου, πε- respondit, apparuisse sibi noctu Dominum specie
ριβεβλημένον χιτῶνα διερρηγμένον ἀπὸ κεφαλῆς ἄχρι adolescentis, veste a capite ad pedes usque discissa
ποδῶν, καὶ, ὅτι ἐρωτήσαντα, Κύριε, τίς σου τὸν circumdatum, et sciscitanti: Domine, quis tuam
χιτῶνα διέρρηξεν; ἀκοῦσαι, ὅτι Ἄρειος, ἀλλὰ τοῦ- vestem scidit? dixisse: Arius, quem ad commu-
τον εἰς κοινωνίαν μὴ δέξῃ· Ἄρειος γὰρ οὔτε ἐν τῷ nionem noli admittere; Arius enim neque in hoc
νῦν αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι συγχωρηθήσεται. sæculo, neque in futuro veniam consecuturus est.
Δῆλου δὲ ὁ διερρηγμένος χιτὼν τὴν εἰς τὴν ἁγίαν D Discissa autem vestis significabat divisionem per
Τριάδα διαίρεσιν τῆς τοῦ Ἀρείου βλασφημίας. Ταῦτα Arii blasphemiam in sanctam Trinitatem inductam.
εἰπὼν, καὶ τὸν διάδοχον αὐτοῦ φανερὸν ἐξ ὀνόματος Quæ cum dixisset, successoremque suum expresso
ποιήσας, ὁμοίως καὶ τὸν ἑκείνου, ἠκολούθησε τοῖς nomine palam instituisset, ac similiter alterum,
λοιποῖς. Καὶ κατὰ τὴν τοῦ Μαξιμιανοῦ πρόσταξιν, qui huic foret sufficiendus, designasset, lictores
ἐν κεφαλὴν ἀπετμήθη. secutus, Maximiani jussu capite plexus fuit.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ
Eodem die

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Μερκουρίου.

212 *Certamen sancti martyris Mercurii.*

Ὁ μάρτυς Μερκούριος γέγονεν ἐπὶ Δεκίου καὶ Mercurius martyr, Decio ac Valeriano imperato-
Οὐαλεριανοῦ τῶν βασιλέων, ἐκ τῆς Ἀνατολῆς στρα- ribus, in Orientali militans exercitu, cum fortiter

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

aliquando ab angelo adjutus rem gessisset, dux militum ab imperatoribus declaratur. Sed Christum diligens, Christianam fidem suscepit. Quod ubi rescivit imperator, ægre tulit. Comprehensum itaque, ad quatuor palos humi alligari jussit, et gladiis membratim concidi, ignemque accensum ei supponi : qui ex nimio sanguine exstinctus est. Post hæc alligato ad collum ingenti saxo, in equuleum inverso capite rapitur : detractaque ænea forcipe cute, vinctus Cæsaream Cappadociæ ducitur : ubi abscisso capite sepultus quiescit, curationes fidelibus omnibus ad hanc usque diem præbens.

A τιώτης ὤν, Ἀνδραγαθήσας δέ ποτε κατὰ τῶν [illegible] βάρων, ἐνδυναμωθεὶς ὑπὸ ἀγγέλου, ἐτύχ[illegible] στρατηλάτης παρὰ τῶν βασιλέων. Ἀγαπήσας δὲ Χριστὸν, ἐγένετο Χριστιανός. Καὶ τοῦτο μα[illegible] βασιλεὺς ἐπικράνθη, καὶ κρατήσας αὐτὸν, [illegible] ἐπὶ τὴν γῆν εἰς τέσσαρας πάλους· καὶ μετ[illegible] χειρῶν κατέκοπτε τὰ μέλη αὐτοῦ· καὶ [illegible] αὐτοῦ ἦψε πῦρ. Καὶ ἀπὸ τοῦ πολλοῦ αἵματος [illegible] σθη τὸ πῦρ· καὶ μετὰ τοῦτο προσέδησεν [illegible] τράχηλον αὐτοῦ λίθον βαρὺν, καὶ ἐκρέμασεν [illegible] κατὰ κεφαλῆς. Εἶτα ἔδειραν αὐτὸν μετ[illegible] βίων χαλκῶν, καὶ δήσαντες ἀπήγαγον εἰς Κ[illegible] ρειαν τῆς Καππαδοκίας, καὶ ἀπεκεφάλισαν. Ὅπου καὶ ἐτέθη τὸ λείψανον αὐτοῦ, ἰάματα πᾶσι τοῖς [illegible] παρέχον μέχρι τῆς σήμερον.

Eodem die

212 *Certamen sanctæ magnæ martyris Æcaterinæ.*

Æcaterina martyr, Alexandrina, reguli cujusdam divitis ac nobilis filia, forma et ingenio præstantissima, cum Græcas litteras didicisset, philosophicis etiam scientiis se addixit, et linguas gentium omnium calluit. Cum vero festus aliquando dies idolis ageretur a Græcis videretque animalium multitudinem jugulari, id ægre ferens adiit Maximinum imperatorem, et cum illo disseruit, inquiens : Quare Deo vivo relicto, inanimata idola colis? Maximinus igitur retentam acerbissime excruciavit. Deinde accersitis undique quinquaginta oratoribus : Disceptate, inquit, cum Æcaterina, eamque convincite : nisi enim illam conviceritis, vos omnes C flammis tradam. Illi vero se superatos esse videntes, baptizati sunt, atque ita igni conflagrarunt. Æcaterina autem capite obtruncata est.

B

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τῆς ἁγίας μεγαλομάρτυρος Αἰκατερίνης.

Ἡ μάρτυς Αἰκατερίνα ἐγένετο ἀπὸ Ἀλεξ[illegible] δρείας, θυγάτηρ βασιλίσκου τινὸς, πλουσίου [illegible] ἐνδόξου· εὔμορφος πάνυ. Κύφωνὴς δὲ ὑπάρχ[illegible] ἔμαθεν Ἑλληνικὰ γράμματα, καὶ ἐγένετο [illegible] λαβοῦσα καὶ γλώσσας πάντων τῶν ἐθνῶν. Ἐπ[illegible] λειτο δὲ ἑορτὴ τοῖς εἰδώλοις παρὰ τῶν Ἑλλήνω[illegible] θεωροῦσα τὰ ζῷα σφαζόμενα, ἐλυπήθη· καὶ εἰσ[illegible] εἰς τὸν βασιλέα Μαξιμῖνον, καὶ ἐφιλονείκησεν [illegible] εἶποῦσα, ὅτι Διὰ τί ἐγκατέλιπες Θεὸν ζῶντ[illegible] προσκυνεῖς εἰδώλοις ἀψύχοις; Ἐκεῖνος δὲ ἐμ[illegible] αὐτὴν, καὶ ἐτιμωρήσατο ἰσχυρῶς. Καὶ μετὰ [illegible] ἔφερεν ὁ βασιλεὺς πεντήκοντα ῥήτορας, κα[illegible] αὐτοῖς, ὅτι, Διαλέχθητε πρὸς τὴν Αἰκατερίν[illegible] πείσατε αὐτήν· ἐὰν γὰρ μὴ νικήσητε αὐτήν, [illegible] ὑμᾶς κατακαύσω πυρί. Ἐκεῖνοι δὲ ἰδόντες, [illegible] κήθησαν, ἐβαπτίσθησαν, καὶ οὕτως ἐκάησαν· [illegible] φαλίσθη δὲ καὶ αὐτή.

EODEM MENSE.

Die vicesima sexta

214 *Commemoratio sancti Patris nostri Alypii.*

Sanctus Pater noster Alypius Heraclio imperatore decertavit. Fuit autem ex Adrianopoli Paphlagoniæ. Antequam vero nasceretur, ejus mater somnium hujusmodi vidit : Videbatur sibi gestare in ulnis insignis formæ agnum, in cujus cornibus hærerent accensi cerei : ex quo intellexit, nasciturum puerum, virtutibus clarum fore : quod et contigit. Clericus enim, deinde diaconus ordinatus, misso D rebus hujus sæculi nuntio, columnam ascendit : et stylita factus, sub dio nudus stetit, multis interim miraculis illustratus, et a dæmonibus sæpe impugnatus. Ipse vero quoad potuit, in pedes erectus orabat. Sed lapide a dæmonibus petitus, incidit in lateris morbum, quo cum annis tredecim laborasset, e vita excessit, annos natus centum et octo.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΚΖ'

Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀλυπίου.

Ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Ἀλύπιος, ἠγωνί[illegible] ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἡρακλείου. Ἐγένετο δὲ [illegible] Ἀδριανουπόλεως τῆς Παφλαγονίας. Πρὸ τοῦ γ[illegible] θῆναι δὲ αὐτὸν, εἶδεν ἡ μήτηρ αὐτοῦ ὄνειρον τ[illegible] τον. Εἶδεν, ὅτι ἐβάσταζεν εἰς τὰς ἀγκάλας τ[illegible] ἀρνίον ὡμαῖον, ἔχον εἰς τὰ κέρατα αὐτοῦ [illegible] ἅπτοντα· καὶ ἐκ τούτου ἐνενόησεν, ὅτι τὸ παιδί[illegible] μέλλει γεννῆσαι, ἐνάρετον γενήσεται· ὃ καὶ γ[illegible] νεν. Γεννηθεὶς γὰρ ἐγένετο κληρικὸς· εἶτα δ[illegible] νος· καὶ ἀφῆκε τὸν κόσμον· καὶ ἀνῆλθεν εἰς κ[illegible] καὶ ἐγένετο στυλίτης· ἄσκεπος, γυμνὸς ἱστάμ[illegible] καὶ πολλὰ θαύματα ποιῶν, ἐτεβουλεύθη ὑπὸ [illegible] δαιμόνων. Ἐκεῖνος δὲ, ἕως οὗ ἐδύνατο, προσηύ[illegible] ὀρθὸς ἱστάμενος· ὅτε δὲ μετὰ λίθου ἀπολύθ[illegible] ἐβλάβη παρὰ τῶν δαιμόνων, κατέπεσεν ἐπὶ πλ[illegible] ἔτη δεκατρία, ἕως ἐτελεύτησεν, ὑπάρχων χ[illegible] ἑκατὸν ὀκτώ.

EODEM MENSE.

Die vicesima septima

215 *Certamen sancti, multisque certaminibus clari martyris Jacobi Persæ.*

Jacobus multis certaminibus insignis martyr ex

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΚΖ'

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου καὶ πολυάθλου μάρτυρος Ἰακώβ[illegible] τοῦ Ἱέρσου.

Ὁ πολύαθλος μάρτυς Ἰάκωβος ἐγένετο ἐκ [illegible]

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

:, ἐπὶ Θεοδοσίου, βασιλέως Ῥωμαίων· ἀνδρεῖος
ν καὶ ἔνδοξος, ἐτιμᾶτο παρὰ τοῦ βασιλέως τῶν
ῶν. Ὢν δὲ πρότερον Χριστιανὸς, καὶ γυναῖκα
ν Χριστιανὴν, καὶ μητέρα καὶ πατέρα ὁμοίως
ιστιανούς· ὅμως, διὰ τὴν τοῦ βασιλέως τιμὴν,
ῆσατο τὸν Χριστὸν, καὶ προσεκύνει τῷ Ἡλίῳ καὶ
Πυρὶ, καὶ ἔσεβεν αὐτὰ ὡς θεούς. Μαθοῦσα δὲ
ο ἡ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ ἡ γυνὴ, ἔγραψαν πρὸς
ν μετὰ λύπης, καὶ ἔπεισαν αὐτὸν πάλιν γενέ-
Χριστιανόν. Τότε διαγνωσθεὶς παρὰ τοῦ βασι-
:, καὶ κρατηθεὶς, πικρότατον ὑπέστη θάνατον.
ττον γὰρ ἓν ἕν μιλος, καὶ μέρος τοῦ σώματος
ι μαχαιρῶν, ἕως κατελείφθη μόνον τὸ σῶμα
ὶ τῆς κεφαλῆς καὶ τῆς κοιλίας. Καὶ κατὰ μίαν
τομὴν ηὐχαρίστει τῷ Θεῷ. Καὶ οὕτως κελεύσει
βασιλέως, μετὰ μαχαίρας ἐκόπη καὶ ἡ κεφαλὴ
οῦ.

A Perside fuit, Theodosio Romanorum imperatore. Is ob egregiam animi virtutem generisque nobilitatem in summo apud Persarum regem honore habebatur. Erat autem Christianus, et Christianam uxorem habebat; matrem insuper, patremque Christianos; sed ob regis honorem, ejurato Christo, Solem Ignemque tanquam deos adoravit. Quod ubi mater, et uxor cognovere, dolore affectæ, per litteras illum induxere, ut ad Christianam fidem rediret. Quare cognitus a rege, ejusque jussu eomprehensus, acerbissimam mortem sustinuit. Membra enim ei singula, partesque corporis gladio præciduntur, donec solum corpus cum capite, ac ventre superesset, cum interim ipse ad unamquamque sectionem gratias Deo ageret. Demum ejusdem regis jussu, trunco caput amputatur.

B

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
ΚΗ'

λησις τοῦ ὁσιομάρτυρος Στεφάνου τοῦ Νέου, εἰ τῶν σὺν αὐτῷ μαρτυρησάντων Πέτρου καὶ νδρέου.

ωνσταντῖνος ὁ βασιλεὺς, ὁ ἐπιλεγόμενος Καβαλ-ς, αἱρετικὸς ὤν, καὶ τὰς ἁγίας εἰκόνας μισῶν, θε περὶ τούτων τῶν ἁγίων, Στεφάνου, Πέτρου, Ἀνδρέου, ὅτι οὐ ποιοῦσι τὸ θέλημα αὐτοῦ, ἀλλὰ σκυνοῦσι τὰς εἰκόνας, καὶ ἀποκαλοῦσιν αὐτὸν ετικόν. Καὶ ἀποστείλας ἐπίασεν αὐτοὺς καὶ ἐτι-ρήσατο πρῶτον ἰσχυρῶς. Εἶτα τὸν μὲν ἅγιον Στέ-ον προσέταξε δεθῆναι μετὰ σχοινίου· καὶ σύρε-ι μέσον τῆς πόλεως. Καὶ σκρόμενον τοῦτον λα-τις μέγα ξύλον, ἔπληξε κατὰ τῆς κεφαλῆς. Καὶ ίσθη ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ εἰς δύο, καὶ ἐτελεύτησε· ετάφη ἐν τόπῳ, ἐν ᾧ καὶ κατάκειται. Ὁμοίως ὁ ὅσιος Ἀνδρέας, καὶ αὐτὸς δεθεὶς καὶ συρό-ος, ἐτελεύτησεν. Ὁ δὲ ἅγιος Πέτρος, πρῶτον κλεισθεὶς εἰς φυλακὴν, καὶ μετὰ τοῦτο ἐκβληθεὶς, καὶ τυπτομενος, παρέδωκε τὸ πνεῦμα αὐτοῦ τῷ

EODEM MENSE.
Die vicesima octava

216 *Certamen sancti martyris Stephani Junioris, et sociorum Petri et Andreæ.*

Constantinus, cognomento Caballinus, imperator hæreticus et sacrarum imaginum adversarius, cum didicisset hos sanctos Stephanum, Petrum, et Andream, neglecto suo imperio, imagines adorare, seque ab iis hæreticum appellari, comprehensos jussit primum gravissime excruciari: deinde sanctum Stephanum funiculis alligatum, media urbe raptari: qui dum raptaretur, a quodam in capite fuste percussus, contuso ac in duas partes dissecto capite interiit, atque in eo loco, ubi nunc jacet, sepultus fuit. Similiter et sanctus Andreas vinctus, raptatusque, e vita excessit. At sanctus Petrus in carcerem prius conjectus, deinde eductus, tandiu flagellis cæditur, donec spiritum Deo tradidit.

C

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

λησις τῶν ἁγίων, τῶν σὺν τῷ ἁγίῳ Στεφάνῳ τῷ Νέῳ, ὑπὲρ τῶν ἁγίων εἰκόνων μαρτυρη-άντων.

Πολλοὶ τῶν στρατιωτῶν τότε ὀρθοδόξων, ὄντων, οταξάμενοι τῷ βίῳ, γεγόνασι μοναχοί. Τοὺς τοιού-ους δὲ ὁ παράνομος βασιλεὺς τιμωρησάμενος, ἐφό-ησε. Καὶ γὰρ τὸν ἕνα, Βασίλειον καλουμενον, ἐκ-φλώσας, εἶτα τὴν προσκύνησιν τῶν ἁγίων εἰκόνων λοῦντα ἀκούσας. λακτίσας, ἐξήνεγκε τὰ ἔντερα τοῦ, καὶ οὕτως ἐξορισθεὶς μετὰ ὀδύνης ἐτελεύτη-ν. Ἄλλος ἔγκλειστος ἐν τῷ σωσθενίῳ ῥινοκοπη-ὶς, ἐν Χερσῶνι ἐξωρίσθη, καὶ μέλλων φονευθῆναι, υγεν εἰς Χαζαρίαν, ἐν ᾗ καὶ ἐπισκοπος ἐγένετο, εἶτ ὕστερον ἐτελειώθη. Ἄλλος δὲ Στέφανος ὀνόματι ς Σουγδίαν ἐξορισθεὶς, καὶ πολλοὺς ὠφελήσας, λος ἔσχε τοῦ βίου. Ὁμοίως καὶ Γρηγόριοι δύο σὺν λλοῖς ἄλλοις ἐξορισθέντες, ἀπέθανον. Ἀλλὰ καὶ ωάννης ἀπὸ λεγαταρίων, εἰς Δαφνουσίαν ἐξορισθεὶς, εἶτ τῇ τοῦ βασιλεύοντος κελεύσει δερόμενος κατὰ ιρὸν συχνῶς, τὸν βίον ἀπέλιπεν.

D

Eodem die

217 *Certamen sanctorum, qui cum sancto Stephano juniore pro sacris imaginibus martyrium subierunt.*

Fuere tunc complures milites orthodoxi, qui misso hujus vitæ rebus nuntio, monachi freti sunt. Eos impissimus imperator durissimis tormentis vexatos interfecit. Nam Basilio oculos effodit, eique adhuc de sacrarum imaginum cultu loquenti calce impacto intestina disrupit: deinde relegatum, e vita abire coegit. Alius equuleo inclusus, naribus præcisis, Chersonam relegatur: unde fuga saluti suæ eonsulens, in Chazariam sese proripuit, ub episcopus factus, postea decessit. Alius Stephanus nomine, in Sogdiam ejectus, cum ibi plurimis profuisset, vivendi finem fecit. Similiter et Gregorii duo cum aliis quamplurimis vertere solum coacti, obiere. Sed Joannes exlegatarius, Daphnusiam expulsus, statis temporibus, imperatoris jussu, frequentissime cæsus, vita perfectus est.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Eodem die

218 *Certamen sancti martyris Irenarchi.*

Irenarchus martyr Sebastensis, ab adolescentia lictoris officium ad multandos sanctos martyres præstabat. Sed cum videret abreptas ad quæstionem a Maximo, Sebastes præfecto, temporibus Diocletiani imperatoris, Christianas mulieres multo fortiores esse, quam sexus muliebris ferre posset, editisque miraculis tyrannum confundere; divina Christi gratia illuminatus, sumpto animo Christum aperte confessus, seipsum etiam Christianum prædicavit. Et primum quidem præsidis jussu in lacum injicitur: deinde cum ex eo incolumis evasisset, in ardentem fornacem immittitur; unde etiam sine ullo detrimento egressus, capite plectitur, et spiritus quidem ejus in cœlos evolavit; reliquiæ vero in terra sepultæ jacent.

A

B

EODEM MENSE.
Die vicesima nona

219 *Commemoratio sancti Patris nostri Joannis Damasceni.*

Hic Leone Isauro, ejusque filio Constantino imperatoribus, floruit in urbe Damasco, genere, nobilitate ac fide clarus, patre virtutibus insigni natus; omnemque Græcorum disciplinam, necnon divinas Scripturas assecutus. Ob Christi autem fidem patriis opibus derelictis, monachus factus est una cum Cosma, cujus plures exstant hymni, qui in sanctis festis, ac præcipue in magna sancti Paschatis hebdomada decantantur. Sanctus vero Joannes multa verborum ubertate sententiarumque gravitate, atque sacræ Scripturæ auctoritate hæresim Iconomachorum confundens, sæpe carcere, sæpe ærumnis ab hæreticis imperatoribus multatus, vexatusque, in optima confessione decessit, et a discipnlo suo sepultus fuit.

C

Eodem die

220 *Certamen sancti martyris Philomeni.*

Philomenus martyr, Aureliano imperatore, ex regione Lycaoniæ, negotia exercens, advehendis frumentis Ancyræ in Galatia operam dabat. Quod autem Christianus esset, apud præfectum Ancyræ delatus, ejus tribunali sistitur. Cumque Christum omnium Deum Dominum profiteretur, primum quidem ferreis clavis pedibus manibusque confixis, in equuleum raptus, scorpionibus laceratur; deinde e ligno depositus, in ardentem fornacem conjicitur: sed nullo, Dei virtute, damno affectus, pedibus iterum, manibus, et capite clavis trajectis, triginta stadia cursu confiicere compellitur, donec cursu et labore confectus, beatam animam suam Deo tradidit, pro quo martyrium subiit.

D

λιποψυχήσας ἀπὸ τοῦ πολλοῦ δρόμου, καὶ τοῦ τοσούτου κόπου, τὴν μακαρίαν αὐτοῦ ψυχὴν παρέδωκε Θεῷ, δι' ὃν ἐμαρτυρησεν.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Εἰρηνάρχου.

Εἰρήναρχος ὁ μάρτυς ἐγένετο ἀπὸ τῆς [illegible] Σεβαστείας. Νέος δὲ ὢν τὴν ἡλικίαν, ὑπῆρ[illegible] τάξιν ὑπῆρχε, καὶ τιμωρουμένων τῶν [illegible] μαρτύρων, αὐτὸς καθυποὐργει. Ἐξεταζομέν[illegible] γυναικῶν Χριστιανῶν ἐπὶ τῆς βασιλείας Δι[illegible] τιανοῦ, παρὰ Μαξίμου ἄρχοντος τῆς Σεβ[illegible] φωτίζεται τὴν ψυχὴν ὁ Εἰρήναρχος ὑπὸ τῆς χάριτος τοῦ Χριστοῦ, ἐξ ὧν ἔβλεπε τὰς γ[illegible] ὑπὲρ φύσιν ἀνδριζομένας, καὶ καταισχυνούσ[illegible] τύραννον, ἐπὶ τοῖς παρ' αὐτῶν γινομένοις θ[illegible] Ὅθεν παῤῥησίᾳ ὁμολογήσας τὸν Χριστὸν, κ[illegible] τὸν ἀνακηρύξας Χριστιανὸν, πρῶτον μὲν [illegible] ἄρχοντος προστάξει ἀπερῥίφη ἐν τῇ λίμνῃ [illegible] ἐκ τῆς λίμνης ζῶν ἐξελθὼν, εἰς κάμινον ἐμβ[illegible] πυρός. Καὶ ἐκ ταύτης διασωθεὶς παραδόξως, [illegible] φαλίσθη. Καὶ τὸ μὲν πνεῦμα αὐτοῦ ἀνῆλθεν [illegible] οὐρανοῖς· τὸ δὲ λείψανον ἀπεδόθη τῇ γῇ.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
ΚΘ΄

Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Δαμασκηνοῦ.

Οὗτος ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Λέοντος Ἰσαύρου, καὶ Κωνσταντίνου τοῦ υἱοῦ [illegible] ἐκ τῆς πόλεως Δαμασκοῦ· γένους περιφανοῦς ἐνδόξου καὶ πιστοῦ. Ἔτυχε δὲ φιλαρέτου [illegible] καὶ ἐξεπαιδεύθη πᾶσαν τὴν Ἑλληνικὴν [illegible] σιν, ἀλλὰ καὶ τὴν θείαν Γραφήν. Διὰ δὲ [illegible] Χριστὸν πίστιν τὸν πατρικὸν πλοῦτον κατ[illegible] γέγονε μοναχὸς, μετὰ καὶ Κοσμᾶ, οὗτινος [illegible] λόγος τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις ἑορταῖς ποιημ[illegible] μελῳδιῶν, καὶ μάλιστα ἐν τῇ ἁγίᾳ μεγάλῃ [illegible] περὶ τοῦ Πάσχα. Ὁ οὖν ὅσιος Ἰωάννης, [illegible] λόγων αὐτοῦ δυνάμει, καὶ ταῖς ἐκ τῶν ἁγίων [illegible] ἀποδείξεσι, κατῄσχυνε τὴν τῶν Εἰκονομάχων [illegible] σιν. Ὅθεν καὶ διαφόρως ἐξορισθεὶς παρὰ τῶν [illegible] κῶν βασιλέων, καὶ φυλακαῖς παραδοθεὶς, [illegible] αὐταῖς τῇ κακουχίᾳ ταλαιπωρηθεὶς, ἐν καλῇ [illegible] γίᾳ ἐτελειώθη, ταφεὶς ὑπὸ τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Φιλουμένου.

Φιλούμενος ὁ μάρτυς ἦν ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ τ[illegible] σιλέως, ἀπὸ χώρας τῆς Λυκαονίας, πραγμα[illegible] νος, καὶ σῖτον κομίζων ἐν τῇ χώρᾳ τῆς Ἀγ[illegible] τῆς Γαλατίας. Χριστιανὸς δὲ ὤν, διαβάλλετ[illegible] ἄρχοντι Ἀγκύρας. Καὶ παραστὰς τῷ κρ[illegible] αὐτοῦ, καὶ τὸν Χριστὸν ὁμολογήσας, θεὸν [illegible] τοῦ παντὸς, καὶ Κύριον, πρῶτον μὲν [illegible] τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας ἥλοις σιδηροῖς, κα[illegible] σανίζεται. Ἔπειτα κρεμασθεὶς, μετὰ τοῦ σ[illegible] ξέεται, καὶ τοῦ ξύλου ἀποκαθιβασθεὶς, εἰς [illegible] νον ἐκπυρωθέντα ἐμβάλλεται. Ἐκ τούτου δὲ [illegible] τοῦ Θεοῦ δυνάμει, ἀβλαβὴς διαφυλαχθεὶς, καθ[illegible] ται αὖθις τοὺς πόδας, καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τὴ[illegible] φαλήν· καὶ ἐπὶ τριάκοντα σταδίους ἐλαύνεται

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

A

'Αθλησις τοῦ ἁγίου καὶ πανευφήμου ἀποστόλου 'Ανδρέου, ἀδελφοῦ τοῦ μεγάλου Πέτρου.

ὗτος, ἀδελφὸς γνήσιος ὑπάρχων τοῦ μεγάλου στόλου Πέτρου, μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου ὢν 'Ιησοῦ Χριστοῦ, ἐκήρυξεν εἰς πᾶσαν τὴν παρ- ν τῆς Βιθυνίας, καὶ τοῦ Πόντου, καὶ τῆς Θρᾴ- , καὶ τῆς Σκυθίας. Μετὰ δὲ ταῦτα ἀπῆλθεν ἐν αστουπόλει τῇ μεγάλῃ· ἐν ᾗ παρεμβάλλουσιν ὁ ὸς, καὶ ὁ Φάσις οἱ ποταμοί. Οὗτινος Φάσιδος τεροι οἱ Αἰθίοπες κατοικοῦσιν. Εἶτα ἀπῆλθεν ἐν ρραις τῆς 'Αχαΐας εἰς Πελοπόννησον. Καὶ ἐσταυ- ιη ὑπὸ Αἰγεάτου τοῦ ἀνθυπάτου· καὶ οὕτως ειώθη. Τὸ δὲ ἱερὸν αὐτοῦ λείψανον τότε μὲν η ἐν Πάτραις τῆς 'Αχαΐας· ὕστερον δὲ ἀνακομι- , προστάξει τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου, παρὰ ἁγίου 'Αρτεμίου ἐν Κωνσταντινουπόλει κατετέθη, ὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων Λουκᾶ καὶ Τιμοθέου, τὴν ἱερὰν τράπεζαν τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ον ἰαμάτων Χάριν.

B

EODEM MENSE.

Die tricesima

221 *Certamen sancti et clarissimi apostoli Andreæ, fratris magni Petri.*

Hic germanus magni apostoli Petri frater, post ascensionem Domini nostri Jesu Christi, prædicavit in tota maritima ora Bithyniæ, Ponti, Thraciæ, et Scythiæ: deinde magnam Sebastopolim lustravit, quam fluvii duo interscindunt, Psarus, et Phasis, cujus sunt accolæ inferiores Æthiopes. Postremo Patras Achaiæ in Peloponnesum migravit, ubi ab Ægea proconsule in crucem sublatus est: atque ita mortem obiit. Sacræ vero ejus reliquiæ tunc quidem Patris in Achaia depositæ; postea vero Constantini imperatoris jussu a sancto Artemio, una cum sanctis apostolis Luca et Timotheo, Constantinopolim translatæ, sub sacra apostolorum mensa conditæ fuerunt, gratiam curationum emittentes.

MENOLOGII GRÆCORUM

PARS SECUNDA

A MENSE DECEMBRI AD FEBRUARIUM.

—

ΜΗΝΙ ΔΕΚΕΜΒΡΙΩ

C

'Εν τῇ πρώτῃ.

Μνήμη τοῦ ἁγίου, καὶ ἐνδόξου προφήτου Ναούμ.

Ὁ μέγας καὶ ἔνδοξος προφήτης Ναοὺμ ἐγέ- ο ἀπὸ τῆς φυλῆς Συμεων καὶ, τῆς χώρας τῶν ουδαίων. Εὐλαβὴς δὲ ὢν, ἐδέξατο παρὰ Θεοῦ προ- τείας χάρισμα· καὶ προεφήτευσε κατὰ Νινευὴ ς πόλεως. μετὰ τὸ προφητεῦσαι κατ' αὐτῆς πρό- ρον τὸν 'Ιωνᾶν. Κἀ εἶπεν, ὅτι Μέλλει ἡ Νι- υὴ ὑπὸ ὑδάτων γλυκέων καὶ πυρὸς ἀφανισθῆναι. καὶ γέγονε· τῇ γὰρ κελεύσει τοῦ Θεοῦ, διὰ τὰς μαρτίας αὐτῶν ἡ περιέχουσα τὴν Νινευὴ λίμνη, ισμοῦ γενομένου, κατεπόντισεν αὐτήν. Καὶ πῦρ ἐκ ἧς ἐρήμου ἐπελθὸν, τὰ ἐναπομεῖναν μέρος αὐτῆς τέκαυσε. Καὶ μετὰ τὸ προφητεῦσαι πάντα ταῦτα, πέθανε, καὶ ὑπὸ τῶν συγγενῶν αὐτοῦ ἐτάφη τὸ είψανον αὐτοῦ ἐντίμως ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ. Ἦν δὲ ὅτε τελεύτησεν, ἐτῶν τεσσαράκοντα καὶ πέντε. Εἶχε δὲ ένειον μὲν στρογγύλον· ἰσχνὸν πρόσωπον, ἁπλᾶς τρίχας. Ἦν δὲ καὶ ὑποφάλακρος, καὶ τὴν κεφαλὴν χων ἐπιμήκη.

D

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος 'Ανανίου.

'Ανανίας ὁ μάρτυς ἐγένετο μὲν ἀπὸ τῆς Χώρας

MEMSE DECEMBRI.

Die prima

1 *Commemoratio sancti et gloriosi prophetæ Nahum.*

Magnus et gloriosus propheta Nahum de tribu Simeon, ex regione Judææ, fuit, vir singulari in Deum pietate. Cum autem prophetiæ donum a Deo accepisset, prophetavit adversus Niniven urbem, post Jonam prophetam, dicens: Ninive dulcibus aquis ignique subvertetur. Quod et contigit: divino enim jussu propter eorum peccata stagnum, quod urbem ipsam ambibat, terræmotu facto, illam submersit, et ignis ab eremo irruens reliquias ejus penitus absumpsit. Postquam **2** autem hæc omnia prædixisset, decessit, ejusque corpus a propinquis in terra sua honorifice conditum fuit. Cum vero obiit, annos quadraginta quinque agebat. Erat autem mento rotundo, facie gracili, tenui capillo, capite subcalvo ac procero.

Eodem die

3 *Certamen sancti martyris Ananiæ.*

Ananias martyr ex Persidis regione fuit, laicus

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

quidem, sed Christianus : atque idcirco a Persis comprehensus, acerbissimis tormentis excruciatus est, et ad necem flagris concisus, ut vix respiraret. Sublatis tandem oculis ita eos, qui aderant, allocutus est : Consurgite, et Deum orate : ecce enim video scalam cœlum attingentem, et super eam homines igneos, mihi dicentes : Veni nobiscum, et ducemus te in urbem lætitiæ, hilaritatis, lucisque plenam. Quibus in verbis exspiravit : et sancta quidem illius anima in supernam, quam viderat, civitatem advolavit : at corpus in Perside conditum exspectat tremendam, et extremam resurrectionem, quando una cum omnibus resurget, et immortali Christi Dei nostri regno perfruetur.

A τῶν Περσῶν· ἡ δὲ λαϊκὸς, ἀλλὰ Χριστια
διὰ τοῦτο πιάσαντες αὐτὸν οἱ Πέρσαι, ὑπ
ἰσχυρῶς Καὶ ἀπὸ τοῦ πολλοῦ δαρμοῦ ἠρ
νεκρὸς, ὀλίγον ἀναπνέων. Καὶ κείμενος ἐ
ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, καὶ εἶπε πρὸς τοὺς παρ
ἐκεῖ· Ἐγέρθητε καὶ ποιήσατε πρὸς θε
ἰδοὺ γὰρ θεωρῶ σκάλαν φθάνουσαν εἰς τὸ
καὶ πυροειδεῖς ἐπ' αὐτὴν ἄνδρας λέγοντάς
θὲ μεθ' ἡμῶν, καὶ εἰσαγάγωμέν σε εἰς
πληρωμένην χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης, κα
ταῦτα εἰπὼν, ἐξεπνευσε· καὶ ἡ μὲν ἁ
ψυχὴ ἀνῆλθεν εἰς τὴν ἄνω πόλιν, καθὼ
Τὸ δὲ λείψανον αὐτοῦ κατάκειται ἐν Περσ
χόμενον τὴν φοβερὰν καὶ τελευταίαν ἀναστ
καὶ αὐτὸ μέλλει ἀναστῆναι μετὰ πάντων, καὶ ἀπολαῦσαι τῆς ἀθανάτου βασιλείας Χριστοῦ τ
ἡμῶν.

EODEM MENSE.

Die secunda

4 *Commemoratio sancti ac beati Philareti Eleemosynarii.*

Imperante religiosissima Irene claruit iste ; ex regione Paphlagoniæ ortus, opibus quidem satis amplis, quas sibi ipsi laborando comparaverat ; sed postea diabolica invidia ad inopiam redactus, non tamen idcirco eleemosynæ oblitus. Ex uno autem beneficentiæ ejus exemplo palam fiet, quam incredibili fuerit in pauperes liberalitate. Aberrarat aliquando vicini sui bos : qui Philaretum adiit, invenitque eum in agello suo junctis sub jugo bobus sementem facientem. At Philaretus hominem mœrore confectum videns, soluto eique tradito altero bove, ipse jugum cum altero subiens, domum rediit. Quam virtutem Deus remuneraturus, effecit, ut imperatrix Mariam illius filiam Constantino filio suo in matrimonium collocaret. Quo factum est, ut ejus familia ditata fuerit. Ipse vero propensior in pauperes factus, et usque ad senectutem florens, obiit, et in Criseos monasterio sepultus est.

B

C

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

Β'.

Μνήμη τοῦ ἁγίου καὶ μακαρίου Φιλαρέτου τοῦ Ἐλεήμονος.

Ἐπὶ τῆς βασιλείας Εἰρήνης τῆς εὐσε
γέγονεν οὗτος, ἀπὸ τῆς χώρας Παφλαγονία
σιος δὲ ὢν ἐκ τοῦ καμάτου αὐτοῦ, ὑπὸ φθόν
λικοῦ ἐπτώχευσε μὲν· τῆς δὲ ἐλεημοσύνης
ελάθετο. Ἀπὸ ἑνὸς δὲ πράγματος, δ
δείξομεν αὐτὸν εἰς πάντα ἐλεήμονα· Ἀπέ
τοῦ γείτονος αὐτοῦ ὁ βοῦς, καὶ ἀπῆλθε π
ὁ γείτων, καὶ εὗρεν αὐτὸν εἰς τὸ χωράφ
σπείροντα μετὰ τοῦ ζευγαρίου αὐτοῦ· κα
νὸν λυπούμενον, ἔλυσε τὸ ἓν βοΐδιον, κ
αὐτῷ. Καὶ αὐτὸς ὑπερβὰς τὸν ζυγὸν μετὰ
βοϊδίου, ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. Ὁ
Θεὸς τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ, ἐποίησε τὴν βα
καὶ ἐπῆρε τὴν ἐκγόνην αὐτοῦ Μαρίαν γυ
τὸν υἱὸν αὐτῆς Κωνσταντῖνον. Καὶ ἀπὸ τότ
τησεν ἡ γενεὰ αὐτοῦ. Αὐτὸς δὲ ἐλεῶν τους π
καὶ ῥογεύων μέχρι γήρως, ἀπέθανε, καὶ ἐτ
τῇ μονῇ τῆς Κρίσεως.

D

Eodem die

5 *Commemoratio sancti prophetæ Habacuc.*

cum : qui cum gloriosam sanctorum quadraginta Christi martyrum pugnam intellexissent, quomodo devicto diabolo ob præclarum certamen essent coronati, etiam ipsi zelo incensi, projectis coram præside armis, magna voce Christum verum Deum, et se ipsos veros ejus servos confessi sunt. Tum vero comprehensi vestibusque nudati, adeo carnibus percussione virgarum sunt excoriati, ut vix apparerent humanam adhuc speciem habere. Deinde absque ulla de illis cura in carcerem conjecti, pauloque post inde foras extracti, manibus post tergum revinctis, ac capitibus ob alligata collaria aggravatis, ad præsidem adducti sunt : et quod sancto proposito suo generose inhærerent, atque ad gloriosam pro Christo mortem anhelarent, mandato præsidis sunt capite plexi.

A μάρτυρες ἐν τῇ χώρᾳ Κππαδόκων. Καὶ ἐ... σαντες τὴν καλὴν ἔνστασιν τῶν ἁγίων τεσσ... τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων, καὶ ὅπως ἠγωνίσαντο κα... σαντες τὸν διάβολον, καὶ στεφανωθέντες, ἐξέλ... καὶ αὐτοὶ, καὶ ῥίψαντες τὰ ὅπλα ἔμπροσθεν ... ἡγεμόνος, μεγάλῃ φωνῇ τὸν μὲν Χριστὸν θεὸν ἀ... θινὸν ὡμολόγησαν, ἑαυτοὺς δὲ ἀληθεῖς δούλους ... Τότε κρατηθέντες, καὶ γυμνωθέντες, τοσοῦτον ... σάρκας κατεξάνθησαν ταῖς ἐπιφοραῖς τῶν ῥάβδ... ὡς μόλις χαρακτηρίζεσθαι ἀνθρώπων ἔχειν ... Εἶτα φυλακῇ ἐναπερρίφθησαν ἀνιμιλήτως ... μετὰ μικρὸν ἑλκυσθέντες ἔξω δεδεμένοι χεῖρ... τὰ ὀπίσω, καὶ τὰς κεφαλὰς κλοιοῖς βαρυνόμ... παρέστησαν τῷ ἡγεμόνι· καὶ τῆς καλῆς ἐνστ... ἔτι ἐχόμενοι, καὶ τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ διώκοντ... B τον, προστάξει τοῦ ἡγεμόνος ἀπεκεφαλίσθησαν.

37 *Et commemoratio sancti Jodad prophetæ.*

Cum Jeroboam, servus Roboam filii Salomonis, una cum decem tribubus defecisset a tribubus Juda et Benjamin, ac rejecto Deo vero fecisset vitulos aureos, eosque cum universo populo suo adoraret ; missus est hic propheta, ut eum ex parte Dei reprehenderet. Venit igitur et reprehendit. Jeroboam vero extendit manum, ut eum verberaret ; sed conspexit eam aridam. Mox pœnitentia ductus, meruit ut propheta eam sanaret. Quod cum fecisset, adhortatus est, ut panem comederet : sed non potuit ad id eum inducere : quia erat illud a Deo inhibitum. Revertenti vero occurrit ei quidam pseudopropheta, et coegit eum ingredi in domum suam, et panem manducare. Propter quam trangressionem occurrens ei leo in via, occidit eum. Quod ubi scivit pseudopropheta, abiit, et acceptas ejus reiiquias sepelivit.

Et commemoratio sancti Patris nostri Joannis patriarchæ Hierosolymorum.

Καὶ μνήμη τοῦ ἁγίου προφήτου Ἰωδάδ.

Ὅτε ἀπεστάτησεν Ἱεροβοὰμ ὁ δοῦλος Ῥοβ... τοῦ υἱοῦ Σολομῶντος μετὰ τῶν δέκα φυλῶν, τ... τοῦ Ἰούδα καὶ τοῦ Βενιαμὶν, καὶ ἀθετήσας τὸν ... θινὸν Θεὸν, ἐποίησε τὰς χρυσᾶς δαμάλεις, καὶ τ... εκύνησεν αὐτὰς ὡς θεοὺς μετὰ τοῦ ὑπ' αὐτὸ ... ἀπεστάλη οὗτος ὁ προφήτης ἐκ τοῦ Θεοῦ ... αὐτόν. Ἀπελθὼν οὖν ἤλεγξεν. Ὁ δὲ Ἱερο... ἁπλώσας τὴν χεῖρα τοῦ ψαι αὐτὸν, κατεῖδε α... ξηρὰν, καὶ μεταμεληθεὶς ἠξίωσε τὸν προφήτ... πεῦσαι αὐτὴν, καὶ τοῦτο ποιήσαντα παρακάλ... γεῖν ἄρτον. Μὴ πεισθέντα δὲ, τοῦτο γὰρ ἦν π... ταξιν παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὑπέστρεφεν. Καὶ πρ... C αὐτῷ ψευδοπροφήτης τις, ἠνάγκασεν αὐτὸν ... εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ φαγεῖν ἄρτον. Κ... τοιαύτην παράβασιν συναντήσας αὐτῷ λ... ὁδὸν, ἐθανάτωσεν αὐτόν. Καὶ τοῦτο μαθὼν ... προφήτης, ἀπελθὼν καὶ λαβὼν τὸ λείψανον ... ἔθαψεν.

Καὶ μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάν... τριάρχου Ἱεροσολύμων.

EODEM MENSE.

Die tricesima prima.

Certamen sanctorum martyrum Abdæ episcopi, et Benjamini diaconi.

Hic Theodosio Juniore imperante florebat in Perside. Postquam autem templum ignis evertit, comprehensus est, et ad regem adductus : qui primo quidem magna cum lenitate illum adhortatus est, ut templum reædificaret. Sed cum is fieri id non posse dixisset, misso mandato omnes Christianorum ecclesias destruxit. Hinc vero initium accepit persecutio adversus Christianos, qua omnis fidelium ætas variis tormentis sublata est : quorum primus sanctissimus Abdas gladio vitam finivit. Deinde per annos integros triginta multi claruere martyres, ex quibus **38** erant viri locupletes, qui post varios cruciatus capite plexi sunt. Tunc etiam Benjamin diaconus, postquam viginti acutas arundines inter ungues infixas accepisset, aliamque in mem-

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΛΑ'.

Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Ἀβδᾶ ἐπισ... καὶ Βενιαμὶν διακόνου.

Οὗτος ἦν ἐπὶ τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ ... ἐν Περσίδι· καὶ ἐπεὶ κατέλυσε τὸν ναὸν τοῦ ... D ἐκρατήθη, καὶ προσήχθη τῷ βασιλεῖ. Καὶ ... μὲν μετὰ πραότητος παρεκάλει αὐτὸν ἀνοικοδ... τὸν ναόν· τοῦ δὲ ἀδύνατον εἶναι λέγοντος, πάσ... ἐκκλησίας τῶν Χριστιανῶν ἀποστείλας κα... Καὶ λαβόντος ἀρχὴν τοῦ κατὰ τῶν Χρι... διωγμοῦ, πᾶσα ἡλικία διαφόροις τιμωρίαις ... ζετο, ὧν πρῶτος ξίφει ἐτελειώθη ὁ ἱεράρχης ... Ἔπειτα ἐν ὅλοις τριάκοντα ἔτεσι πολλοὶ μ... ἀπεδείχθησαν, ἐξ ὧν ἦσαν ἄνδρες πλούσιοι, ... μετὰ πολλὰς τὰς βασάνους ἀπεκεφαλίσθησα... Βενιαμὶν ὁ διάκονος, ὃς καλάμους ὀξεῖς ἐκ... τῶν ὀνύχων δεξάμενος, καὶ ἄλλον κάλαμον ... παιδογόνου μηρίου, καὶ ῥάβδον παχεῖαν καὶ τ...

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

τὰ τῆς δόρας, τὸ μακάριον αὐτοῦ πνεῦμα παρ- A ito.

brum genitale immissam, virgam quoque crassam ac nodosam in imam sedem intrusam, beatum spiritu tradidit.

ΜΗΝΙ ΑΠΡΙΛΙΩ.

ΕΝ ΤΗ ΗΡΩΤΗ.

Μνήμη τῆς ὁσίας Μαρίας τῆς Αἰγυπτίας.

Ἡ ὁσία μήτηρ ἡμῶν Μαρία πόρνη πρότερον ἦν, λλὰς ψυχὰς νέων ἀπολέσασα διὰ τῆς κατὰ μίξιν ονῆς, ἐπὶ χρόνοις δέκα ἑπτὰ ἐν Αἰγύπτῳ τῇ πορ- ᾳ προσμείνασα. Ὕστερον ἔδωκεν ἑαυτὴν τῷ Θεῷ ἑπῳ τοιούτῳ. Ἀπερχομένων τινῶν εἰς τὰ Ἱεροσυμα, προσκυνῆσαι τὸν τίμιον σταυρὸν, ἀπῆλθε αὐτή· καὶ ὑπὸ ἀγγέλου κωλυθεῖσα εἰσελθεῖν εἰς ναὸν, καὶ προσκυνῆσαι τὸ τίμιον ξύλον, ἐλυπήθη. B ὑποσχομένη δουλεῦσαι τῷ Θεῷ, συνεχωρήθη εἴσοδον. Τότε συνταξαμένη τῇ Θεοτόκῳ, διεπέ- ε τὸν Ἰορδάνην, καὶ ἠγωνίσατο ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐπὶ νοις τεσσαράκοντα ἑπτὰ, μηδένα τῶν ἀνθρώπων ισα. Ἀλλ' ὁ Θεὸς θέλων φανερῶσαι αὐτὴν, παρ- ύσασεν ἀπελθεῖν εἰς τὴν ἔρημον τὸν ὅσιον Ζωσι- , τὸν καὶ τὴν ἐξαγόρευσιν αὐτῆς δεξάμενον. Καὶ στρέψαντα, καὶ ἀγαγόντα τὴν θείαν κοινωνίαν, καινωνήσαντα αὐτήν. (ὅτε καὶ τὸν Ἰορδάνην ασε ἐπάνω τῶν ὑδάτων) καὶ ὕστερον νεκρὰν ἰντα αὐτὴν, καὶ τὸ ὄνομα αὐτῆς γεγραμμένου ἐράμον, καὶ θάψαντα αὐτὴν, βοηθήσαντος τοῦ τος.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

Β'.

ησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Ἀπφιανοῦ καὶ Αἰδεσίου. C

πφιανὸς καὶ Αἰδέσιος οἱ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρες, χον ἐπὶ τῆς βασιλείας Μαξιμιανοῦ, ἐκ μητρὸς δελφοὶ, ἐκ τῆς Λυδίας δὲ χώρας ὁρμώμενοι. Βηρυτὸν δὲ γενόμενοι, ὑπὸ τοῦ μάρτυρος Παμ-, τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἐδιδάχθησαν. Ὅθεν ηθέντες παρέστησαν τῷ τῆς πόλεως ἄρχοντι. μὲν Ἀπφιανὸς πρῶτον κηρύξας τὸν Χριστὸν ησίᾳ, πληγὰς κατὰ τοῦ προσώπου ἐδέξατο. Καὶ τῶν στρατιωτῶν ποσὶν ἐπὶ γῆς πτσὼν, κατεθη, καὶ ἐπικρεμασθεὶς, ἐκ τῶν λακτισμάτων θη καὶ διερράγη. Ἐπιμένων δὲ τῇ εἰς Χριστὸν ογίᾳ, τῷ βυθῷ τῆς θαλάσσης ἐναπερρίφη, καὶ ἐν ἐτελειώθη. Ὁ δὲ Αἰδέσιος καταδικασθεὶς τι- D ῖσθαι ἐν τοῖς τοῦ χαλκοῦ μετάλλοις, ἐπέμφθη λεξάνδρειαν. Καὶ ἐν μιᾷ ἰδὼν τὸν τῆς Ἀλεξαν- ς ἄρχοντα, τοὺς ἐκεῖ Χριστιανοὺς τιμωροῦντα, ὧν ἔπληξεν αὐτὸν μετὰ ῥάβδου, ὅθεν πολλὰ βαθεὶς, καὶ τὸ ὕστερον ἐν τῷ τῆς θαλάσσης πε- ριφεὶς, ἐτελειώθη.

καὶ ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Πολυκάρπου.

ὁ οὗτος ὁ ἅγιος Πολύκαρπος ὁ τοῦ Χριστοῦ ος ἐπὶ τῆς βασιλείας ἦν τοῦ δυσσεβοῦς καὶ ὁμου Μαξιμιανοῦ, ἐκ τῆς πόλεως Ἀλεξαν-. Χριστιανὸς δὲ ὤν, καὶ ζῆλον ἔχων πολὺν Θεὸν, καὶ θεωρῶν καθεκάστην ἡμέραν τοὺς

MENSE APRILI.

DIE PRIMA.

29 *Memoria sanctæ Mariæ Ægyptiacæ.*

Sancta mater nostra Maria meretrix primum fuit, multas juvenum animas in via voluptatis perdens, ac per annos septemdecim in Ægypto nefandum sui corporis quæstum exercendo perseverans. Postea vero seipsam Deo dedit hunc in modum. Quibusdam Hierosolyma abeuntibus, ut venerandam crucem adorarent, abiit et ipsa. Sed ab angelo prohibita templum ingredi, et sacrosanctum lignum adorare, contristata est. Cum vero Deo se famulaturam spopondisset, ingressum obtinuit. Tunc jubente Deipara Jordanem transiit, ac per annos quadraginta septem in eremo decertavit, nullum unquam hominem videns. Volens autem Deus illam manifestare, disposuit, ut sanctus Zosimas eremum ingrederetnr, qui ab ea arcanam de rebus suis narrationem exciperet, regressusque **40** (quippe qui Jordanem super aquas ambulans trajiciebat), divinam communionem afferret, eamque ipsi porrigeret, rursumque illam conveniens, mortuam inveniret, ac ejus nomen in testa conscriptum legeret, ipsamque adjuvante leone sepeliret.

EODEM MENSE.

Die secunda.

Certamen sanctorum martyrum Apphiani et Ædesii.

Apphianus et Ædesius, Christi martyres, ex matre fratres, Maximiano imperante ex Lydiæ regione ortum duxerunt. Cum autem Berytum venissent, Christi fidem a Pamphylo martyre edocti sunt. Unde comprehensi, ad præsidem civitatis adducti fuerunt. Et primum quidem Apphianus palam et libere Christum prædicans, in facie percussus fuit, atque in terram corruens, militum pedibus proculcatus est: lignoque suspensus, calcium ictibus tumefactus fuit et disruptus. Permanens autem adhuc constanter in Christi confessione, in profundum maris projectus, ibi vitam absolvit. At vero Ædesius condemnatus, ut in æreis metallis effodiendis puniretur, missus est Alexandriam: ubi cum quadam die urbis præsidem vidisset acriter in Christianos desævientem, accurrens illum virga percussit. Unde multis prius cruciatibus vexatus, in mare demum demersus, martyrium consummavit.

Et certamen sancti martyris Polycarpi.

Hic etiam sanctus Polycarpus Christi martyr fuit, imperante impio et iniquo Maximiano, ex civitate Alexandria. Cum vero Christianus esset, et maximo in Deum zelo flagraret, videretque per singulos dies Christi fidem confitentes comprehen-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

di, et multiplicibus tormentis affligi, non potuit id ampliu- perferre. Und- sedentem pro tribunali præsidem cernens, hominum sanguinem velut aquas effundentem, coram ipso consistens, redarguit enm, dicens: Quid ita humanæ naturæ oblivisceris, canis insatiabilis? dum homines, 41 qui tecum ejusdem sunt naturæ, tanquam ligna, gladiis dissecas, eo quod verum Deum prædicant, et idolorum errorem detestantur: ut et ego facio, qui servus Christi sum. Quapropter cum in iram excitasset præsidem, comprehensus, crudeliter excruciatus est: Christumque usque ad vitæ finem in ore ferens, capite obtruncatus fuit.

A τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦντας κρατουμένους, π φόροις βασάνοις ἐξεταζομένους, οὐχ ἱκ ἀλλὰ προκαθήμενον τὸν ἄρχοντα ἰδών, καὶ ἀνθρώπων αἵματα ὥσπερ ὕδατα ἐκχέοντ εἰς πρόσωπον αὐτοῦ ἤλεγξεν αὐτὸν εἰπών, τοσοῦτον ἐπελάθου τῆς ἀνθρωπίνης φύσε ἀκόρεστε, ὅτι τοὺς ὁμογενεῖς καὶ ὁμοφύλο πους κπτακόπτεις ὡς ξύλα τοῖς ξίφεσι, ὑ ἀληθινὸν Θεὸν κηρύττουσι, καὶ τὴν πλάνη δώλων ἐλέγχουσι, καθὼς καὶ ἐγὼ δοῦλος ὑπάρχων; Ὅθεν εἰς ὀργὴν κινήσας τὸν κρατηθεὶς ἐτιμωρήθη ἰσχυρῶς· καὶ τὸν Χρ στόματος φέρων μέχρι τέλους, ἀπεκεφαλίσθη.

EODEM MENSE.

Die tertia

Certamen sanctæ Theodosiæ Virginis et martyris.

Theodosia Christi martyr fuit ex civitate Tyri. Cum autem decimum octavum suæ ætatis annum ageret, quod Christiana esset, comprehensa. ad præsidem Palæstinæ adducta fuit: et interrogata, Christum confessa est. Quapropter in lateribus et uberibus percussa fuit. Jussa vero Christum negare, et idolis sacrificare, cum ad id suaderi non posset, detrusa est in carcerem: mandatumque fuit carceris custodi, ut non modo ipsam diligenter custodiret; sed etiam ne quempiam ad eam visitandam, aut cibum ei afferendum ingredi permitteret, quousque Christum negaret, assertisque diis sacrificaret. At multis jam diebus elapsis, e carcere educta, cum denuo impuris dæmonibus sacrificare cogeretur, idque nec audire vellet, primum quidem acriter cruciata est: deinde in mare projecta, suum Domino reddidit spiritum.

B Ἄθλησις τῆς ἁγίας μάρτυρος Θεοδοσ παρθένου.

Θεοδοσία ἡ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, ἦν μὲν π πόλεως Τύρου, ὀκτὼ δὲ καὶ δέκατον ἔτ ἡλικίας χρόνον· ἐπεὶ Χριστιανὴ ἦν κατηγ ρίστη τῷ τῆς χώρας Παλαιστίνης ἄρχο ἐρωτηθεῖσα ὡμολόγησε τὸν Χριστόν. Ὅθ κατὰ τῶν πλευρῶν, καὶ τῶν μαζῶν, π ναγκάσθη ἀρνήσασθαι τὸν Χριστόν, καὶ θ εἰδώλοις. Μὴ πεισθεῖσα δέ, ἀπελείσθη ὑ λακῇ, παραγγελίαν δεξαμένου τοῦ δεσμοφύλ μόνον ἀσφαλῶς φυλάττεσθαι αὐτήν, ἀλ πρὸς ἐπίσκεψιν αὐτῆς εἰσέρχεσθαί τιν αὐτῇ τὰ πρὸς βρῶσιν, ἕως οὗ ἀρνήσητ στον, καὶ θύσῃ τοῖς λεγομένοις θεοῖς. Ἐ πολλῶν ἡμερῶν παύσδρομήν, πάλιν ἐξά φυλακῆς, καὶ ἀναγκασθεῖσα θῦσαι τοῖς ἀ δείμοσι, καὶ μὴ ἀνεχομένη ἀκοῦσαι τὰ ρήθη ἀφειδῶς πρότερον, εἶτα ῥιφεῖσα ἐν θ παρέδωκε τῷ Κυρίῳ τὸ πνεῦμα αὐτῆς.

Et certamen sanctarum mulierum *Irenes, Agapes et Chionia.*

Irene, Agape, et Chionia Christi martyres fuerunt, imperatore Maximiano, ex civitate Thessalonica. Cum autem ob persecutionem omnia reliquissent, in montem quemdam recesserunt, et ibidem quietam vitam agebant, jejunantes, ac Deo preces assidue offerentes. Verum detectæ ac comprehensæ, ad præsidem adductæ fuerunt: a quo Christum negare jussæ, minime assenserunt. Quapropter Agapen quidem et Chioniam igne sustulit. 42 Irenem vero invenienas sacros libros habentem, quos sanctæ mulieres legere consueverant, illos quidem igne combussit, ipsam vero deferri jussit in lupanar, ut ab impudicis polluereturr. Sed Dei gratia protecta, servata est illibata, nemine ad eam accedere audente. Quod cum præses intellexisset, denuo illam coram se adduci jussit, urgens, ut Christum desereret. At cum id facere renuisset, etiam ipsam igni tradidit. Atque ita consummatæ tres Christi martyres, regnum cœlorum adeptæ sunt.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

Γ'

Καὶ ἄθλησις τῶν ἁγίων γυναικῶν, Εἰρήνης, Ἀ καὶ Χιονίας.

Εἰρήνη, Ἀγάπη, καὶ Χιονία, αἱ τοῦ Χ μάρτυρες, ὁπόθεν μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας μενοῦ, ἐκ τῆς πόλεως Θεσσαλονίκης ἦσ διωγμὸν κατέλιπον πάντα, καὶ ἀνῆλθον ἐπ καὶ ἡσύχιζον νηστεύουσαι, καὶ τῷ Θεῷ τὰ μενα. Ἀλλὰ κατανυχθεῖσαι, ἐκφοβήθη παρίστησιν τῷ ἄρχοντι καὶ ὅτ' ἐκεῖνο σθῆσαι ἀρνήσασθαι τὸν Χριστόν, οὐκ ἐπ ἦλθε τὴν μὲν Ἀγάπην, καὶ τὴν Χιονί ἐκέλευ· τὴν δὲ Εἰρήνην εἰδὼν ἔχουσαν βι ἐν εἷς ἀναγίνωσκεν αἱ ἅγιαι, ἐκείνα μὲν κ καὶ, αὐτὴν δὲ προσέταξεν ἀπενεχθῆναι ἐ πρὸς τὸ μιανθῆναι ὑπὸ τῶν ἐκλύσεων. Ἀλλ κατεῖχεν ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος, ὥστ κατολμᾷ, μηδενὸς αὐτῇ τολμήσαντος προσ Τοῦτο δὲ μαθὼν ὁ ἄρχων, πάλιν ἔγρα ἐνώπιον αὐτοῦ, ἀναγκάζων ἀρνήσασθαι τὸν Χ Ὡς δὲ οὐκ ἔπεισεν, καὶ αὐτὴν περὶ πυρὶ οὕτω τελειωθεῖσαν αἱ τρεῖς ἐκέλευσε βασιλ ρανθῆ.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν, καὶ ὁμολογητοῦ Νικήτα.

A *Et memoria sancti Patris nostri Nicetæ confessoris*

Νικήτας, ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν καὶ ὁμολογητὴς τοῦ Χριστοῦ, ὑπῆρχεν τῇ συγχωρήσει Θεοῦ ἐπὶ βασιλείας τῶν Εἰκονομάχων· πρῶτον ἐκ βρέφους κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ Χριστοῦ καταλιπὼν πατέρα, μητέρα, ἀδελφοὺς, ἀδελφὰς, γενεῖς, οἰκίαν, πατρίδα πλοῦτον, καὶ αἴρων τὸν σταυρὸν αὐτοῦ προθύμως, καὶ ἀκολουθήσας τῷ Χριστῷ, καὶ γεγονὼς ἄξιος αὐτοῦ μαθητής. Ἀπελθὼν γὰρ ἐν τῇ μονῇ τοῦ Μηδικίου, τοσοῦτον ἠγωνίσατο πρὸς ἀρετὴν, ὡς ὑπερβαλεῖν πάντας τοὺς ἐν τῇ μοναχούς. Ἀλλὰ καὶ τοῦ χαρίσματος ἠξιώθη τῶν θαυμάτων· καὶ διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ τῇ παρακλήσει τῶν μοναχῶν ἐγένετο καὶ ἡγούμενος, καὶ καλῶς διεκυβέρνα τὸ ποίμνιον. Ἐπεὶ δὲ καιρὸς B ἦλθεν αὐτὸν πρὸς τὸ μαρτύριον, ἀποστείλαντες οἱ εἰκονομάχοι προσεκαλέσαντο αὐτὸν, καὶ κατηνάγκαζον ἀρνήσασθαι τὴν τῶν σεπτῶν εἰκόνων προσκύνησιν, συνελθεῖν δὲ τῇ αἱρέσει αὐτῶν. Ὡς δὲ οὐκ ἔπεισαν, ἐξορίαις, καὶ λιμοῖς, καὶ ταλαιπωρίαις πολλαῖς βαλόντες, ἀνεῖλον.

Sanctus Pater noster Christique confessor Nicetas fuit, Deo sic permittente, Ichonomachis imperium tenentibus. Et primum quidem adhuc puer juxta Christi præceptum relinquens patrem, matrem, fratres, sorores, cognatos, domum, patriam, divitias, ac tollens alacriter crucem suam, secutus est Christum, dignus illius discipulus effectus. Cum enim in monasterium Medicii se recepisset, ibidem ad virtutem enixe adeo contendit, ut omnibus qui ibi erant, monachis antecelleret. Miraculorum etiam dono dignus est habitus. Ob suam itaque virtutem, rogatu monachorum, factus est illorum hegumenus, ac recte præfuit suo gregi. Sed quoniam tempus martyrii ejus ingruebat, ablegantur ab Iconomachis qui cum accerserent ac compellerent, a venerabilium imaginum cultu recedere, et cum ipsorum hæresi convenire. Cum vero ad id illum suadere non possent, exsilio, fame, aliisque ærumnis ipsum subjicientes, sustulerunt.

καὶ μνήμη τοῦ ὁσίου Ἰωσὴφ τοῦ ποιητοῦ τῶν κανόνων.

Et memoria sancti Josephi canonum scriptoris

Ὁ ὅσιος Ἰωσὴφ· ὁ ποιητὴς τῶν κανόνων, ἦρχεν ἐκ τῆς Σικελίας, υἱὸς Πλουτίνου, καὶ Ἀγάθης. Ἁλούσης δὲ τῆς τούτου πατρίδος ὑπὸ τοῦ τῶν Ἀφρων ἔθνους, ἦλθεν εἰς Θεσσαλονίκην, καὶ ἀπελθὼν ἔν τινι μοναστηρίῳ, καὶ γεγονὼς μοναχὸς ἐφιλοπόνει, μελετῶν καὶ τὰς θείας Γραφὰς ἐπιμελῶς· δι' ὃ χειροτονηθεὶς καὶ πρεσβύτερος, μετὰ C τὸν Γρηγορίου τοῦ Δεκαπολίτου εἰς Κωνσταντινούπολιν ἦλθεν. Ἀποσταλεὶς δὲ εἰς Ῥώμην διὰ τὴν τῶν εἰκονομάχων αἵρεσιν, ἐκρατήθη παρὰ τῶν Σαρακηνῶν, καὶ ἁχθεὶς εἰς τὴν Κρήτην, ἀπεκλείσθη εἰς φυλακήν. Καὶ μετὰ θάνατον Θεοφίλου τοῦ εἰκονομάχου ἀπολυθεὶς τῆς φυλακῆς, τῇ βοηθείᾳ τοῦ ἁγίου Νικολάου, ἦλθεν εἰς Κωνσταντινούπολιν· καὶ λοιδορηθεὶς ἐξωρίσθη εἰς Χερσῶνα. Ἐκεῖθεν δὲ ἀνακληθεὶς, πάλιν ἦλθεν εἰς τὸ Βυζάντιον, καὶ γέγονε σκευοφύλαξ τῶν ἱερῶν σκευῶν τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας. Δώρημα δὲ ἔχων ἐκ Θεοῦ, πολλοὺς ἁγίους κανόσι κοσμήσας, ἐκοιμήθη.

Sactus Joseph canonum scriptor, fuit ex Sicilia, filius Plutini et Agathæ. Capta autem ejus patria ab Afrorum gente, Thessalonicam venit, et ingressus quoddam monasterium, cum ibi monasticæ vitæ se addixisset, suum certamen certavit, in meditatione divinarum Scripturarum sese studiose exercens. Presbyter proinde ordinatus, cum Gregorio Decapolita Constantinopolim venit. Missus deinde Romam propter hæresim Iconomachorum, 43 comprehensus a Saracenis, captivus in Cretam abductus fuit, et in carcerem detrusus. Post mortem vero Theophili Iconomachi e carcere ereptus ope sancti Nicolai, denuo Constantinopolim rediit : ubi calumniis et conviciis affectus, relegatus est in Chersonem. Inde autem revocatus, rursus Bizantium profectus est, et factus fuit custos sacrorum vasorum Magnæ ecclesiæ. Donis vero Dei illustratus, cum plures sanctos canonibus, seu hymnis, honorasset, ex hac vita decessit.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
Δ'

EODEM MENSE.
Die quarta

D

Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Ἀγαθόποδος, καὶ Θεοδούλου.

Certamen sanctorum martyrum Agathopodis et Theoduli.

Ἀγαθόπους ὁ ἱερώτατος διάκονος, καὶ Θεόδουλος εὐλαβέστατος ἀναγνώστης, οἱ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρες, ὑπῆρχον μὲν ἐκ τῆς πόλεως Θεσσαλονίκης· διὰ δὲ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν κρατηθέντες ὑπὸ τῶν εἰδωλολατρῶν, παρίστησαν τῷ τῆς πόλεως ἄρχοντι, καὶ κατηναγκάζοντο θῦσαι τοῖς εἰδώλοις. Μὴ πεισθέντες δὲ, ἀπεκλείσθησαν εἰς φυλακὴν, καὶ τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ εἶδον ἀμφότεροι τοιαύτην ὄψιν. Ἔδοξαν πλοῦν ἐπιβῆναι, καὶ πλέειν, ἐν θαλάσσῃ· κλύδωνος δὲ σφοδροῦ γεγονότος, ἰδεῖν πλοῖον συντριβὲν, καὶ τοὺς ἐμπλέοντας καταδύντας· αὐτοὺς δὲ μόλις διασωθῆναι, καὶ

Agathopoles sacratissimus diaconus, et Theodulus religiosissimus lector, Christi martyres, fuerunt ex civitate Thessalonica. Comprehensi vero ob Christi fidem ab idolatris, adducti sunt ad præsidem civitatis, et compulsi idolis sacrificare. Quod cum facere recusassent, in carcerem detrusi sunt, in quo eadem nocte hanc ambo visionem habuerunt. Videbantur sibi navem conscendere, et in mari navigare ; ingenti autem excitata fluctuum procella, contritum navigium cernere, et navigantes in mare demersos ; se vero duntaxat sospites evadere, et in

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

excelsum collem deferri. Portendebat autem ea visio fore ut ipsi in mari mortem oppeterent, indeque cœlos conscenderent. Mane namque cum eos præses e carcere simul eduxisset, jussit ipsos idolis sacrificare. Cum vero ad id induci minime possent, in profundum maris illos demergi mandavit: atque ita martyrium consummarunt.

EODEM MENSE.

Die quinta

44 *Certamen sanctæ martyris Pherbuthæ et sociarum ejus.*

Pherbuta Christi martyr, post certamen et mortem fratris sui Simeonis episcopi, quiete degens in suo habitaculo una cum sorore et ancilla, eos qui ad ipsam accedebant, Christi fidem edocebat. Invidebant autem Judæi, id ægre ferentes: et occasionem nacti, ipsarum cædem hac ratione moliti sunt. Uxor Saporis Persarum regis Judæos protegebat: eo autem tempore infirma valetudine utebatur. Accesserunt proinde Judæi ad ipsam, et calumniati sunt sanctas, hæc aientes: Quia a viro tuo occisus fuit Simeon episcopus, ideo sorores ipsius magicis artibus conantur te perimere. Si autem cupis pristinam recuperare valetudinem, jube eas per medium dissecari, et ipsarum dissecta membra suspendi: tu vero transi per medium illorum, atque ita sospes et incolumnis evades. Hoc igitur peracto, sanctæ Christi martyres cœlorum regnum adeptæ sunt: Regina vero non modo sanitatem non recuperavit; sed etiam gehennam sortita est.

EODEM MENSE.

Die sexta

Memoria sancti Patris nostri Eutychii archiepiscopi Constantinopolitani.

Sanctus Pater noster Eutychius fuit, imperante Justiniano Magno, ex regione Phrygiæ exortus. Præclare autem educatus ab Hesychio presbytero thaumaturgo, ipsius avo, et in sacris litteris assidua meditatione ac studio versatus, ab episcopo Amaseæ susceptus est: ac primum monachus, deinde presbyter initiatus, tranquillam egit vitam in monasterio sancti Meleti. Quinto autem concilio congregato a Justiniano, cum episcopus Amaseæ infirma valetudine detineretur, missus fuit vice illius Eutychius, qui in concilio ita excelluit, ut patriarcha Menas dixerit: Hic erit meus successor, atque ita reipsa post mortem illius electus est patriarcha. Cum vero in odium imperatoris incidisset, in exsilium pulsus **45** fuit. At post mortem Justiniani suam recepit sedem a Justino et Tiberio. Cum autem jam multa patrasset miracula, impetumque lethalis ac magnæ pestilentiæ precibus cohibuisset, necnon Tiberii mortem prædixisset, sicut etiam antea ejus imperium prædixerat, ex hac vita decessit, in ecclesia sanctorum apostolorum sepultus.

Et certamen sanctorum centum et quinquaginta martyrum in Perside coronatorum.

Sapores impius Persarum rex in Romanorum

A ποντισθέντας, ἑαυτοὺς δὲ μόνους περισωθέντας εἰς ὄρος ὑψηλὸν ἀνελθόντας. Ἐδήλου δὲ τὸ [illegible] τὴν διὰ θαλάσσης αὐτῶν τελείωσιν, καὶ τὴν οὐρανὸν ἀναβασιν. Καὶ γὰρ ἅμα πρωΐ τῆς [illegible] αὐτοὺς ἐξαγαγὼν ὁ ἄρχων, ἠνάγκαζε θύσαι εἰδώλοις· μὴ πεισθέντας δὲ, τῷ βυθῷ τῆς θ[illegible] σης ἐνέβριψε· καὶ οὕτως ἐτελειώθησαν.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

Ε'

Ἄθλησις τῆς ἁγίας μάρτυρος Φερβούθης, [illegible] συνοδίας αὐτῆς.

Ἡ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρ Φερβούθη μετὰ ἄθλησιν καὶ τελείωσιν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῆς [illegible] τοῦ ἐπισκόπου, ἐν οἰκήματι ἡσυχάζουσα μετὰ ἀδελφῆς, καὶ τῆς δούλης αὐτῆς, ἐδίδασκε τοὺς ε[illegible]
B ερχομένους αὐτῇ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν. Ζ[illegible] νουν δὲ οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ διεπρίοντο, καὶ ἀφ[illegible] πρόφασιν, ἐφόνευσαν αὐτὰς τρόπῳ τοιούτῳ. τοῦ βασιλέως τῶν Περσῶν Σαβωρίου γυνὴ [illegible] ποιεῖτο τοὺς Ἰουδαίους. Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὸν [illegible] ἐκεῖνον ἠσθένησε, προσῆλθον αὐτῇ, καὶ διέβαλ[illegible] ἁγίας, εἰπόντες οὕτως· Ὅτι διὰ τὸ φονε[illegible] παρὰ τοῦ ἀνδρός σου τὸν ἐπίσκοπον Συμεών, ἀδελφαὶ αὐτοῦ κατειργάσαντό σε διὰ μαγείας [illegible] ἀποθάνῃς. Ἀλλὰ εἰ βούλει ὑγιᾶναι, πρόστα[illegible] σχισθήτωσαν μέσον, καὶ κρεμασθήτωσαν τὰ [illegible] μήματα αὐτῶν, καὶ δίελθε μέσον, καὶ ὑγιὴς [illegible] τούτου γενομένου, αἱ μὲν ἅγιαι ἀπέλαβον τὴν [illegible] λείαν τῶν οὐρανῶν· ἡ δὲ βασίλισσα πρὸς τὸ [illegible] ὑγιᾶναι, ἐκληρονόμησε καὶ τὴν γέενναν.

C

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ

ς'

Μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν [illegible] ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλ[illegible]

Εὐτύχιος ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν, ὑπὸ [illegible] τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου [illegible] τῆς χώρας Φρυγίας. Καλῶς δὲ ἀνατρα[illegible] Ἡσυχίου τοῦ πρεσβυτέρου καὶ θαυματουργοῦ [illegible] που αὐτοῦ ὄντος, καὶ τὰ ἱερὰ γράμματα [illegible] ἐκμελετήσας, προσελήφθη παρὰ τοῦ ἐπι[illegible] Ἀμασείας. Καὶ γεγονὼς μοναχὸς εἶτα [illegible] τερος, ἡσύχαζεν ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Μ[illegible] Τῆς δὲ πέμπτης Συνόδου παρὰ Ἰουστινιανοῦ [illegible] τηθείσης, τοῦ Ἀμασείας ἐπισκόπου ἀσθε[illegible] ἀπεστάλη ἀντ' ἐκείνου, καὶ διέπρεψεν ἐν τῇ [illegible]
D ὡς καὶ τὸν πατριάρχην Μηνᾶν εἰπεῖν, ὅτι [illegible] ἐστιν ὁ διαδοχός μου. Ἐξ οὗ καὶ μετὰ τὸ [illegible] ἐκείτου γίνεται πατριάρχης, καὶ προκρίνε[illegible] βασιλέα, ἐξορίζεται. Μετὰ θάνατον δὲ Ἰουστ[illegible] ἀπέλαβεν τὸν θρόνον αὐτοῦ παρὰ Ἰουστίνου [illegible] Τιβερίου· καὶ πολλὰ θαύματα ποιήσας, κα[illegible] λου θανατικοῦ δι' εὐχῆς ἀναστείλας ὁρμήν, [illegible] βερίου εἰπὼν τὸν θάνατον, ὡς καὶ πρότε[illegible] βασιλείαν, ἐκοιμήθη, ταφεὶς ἐν τοῖς ἁγίοις [illegible] στόλοις.

Καὶ ἄθλησις τῶν ἁγίων ρν' μαρτύρων [illegible] Περσίδι τελειωθέντων.

Σαβώριος ὁ δυσσεβὴς βασιλεὺς Περσῶν, κα[illegible]

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

πικρατείας τῶν Ῥωμαίων κουρσεύσας, ἐπὶ Κων- A
ταντίου βασιλέως Ῥωμαίων (τοῦ Θεοῦ τοῦτο
συγχωρήσαντος, διὰ τὴν, τότε κινηθεῖσαν αἵρεσιν
τοῦ ματαιόφρονος Ἀρείου, τοῦ καὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα
πείσαντος τὰ ὅμοια φρονεῖν, ὑπὸ Εὐσεβίου τοῦ
πραιποσίτου Ἀρειανοῦ ὄντος) πολλὰ κάστρα, καὶ
χώρας ἀφανίσας, πολλὴν ἀνελάβετο αἰχμαλωσίαν ἐκ
τῶν Χριστιανῶν· ὧν οἱ μὲν ἐσφάγησαν, οἱ δὲ κατὰ
τὴν ὁδὸν ἐτελεύτησαν. Ἑκατὸν δὲ καὶ πεντήκοντα
μόνοι περιλειφθέντες, ἀπήχθησαν εἰς Περσίδα,
δεδεμένοι ταῖς ἁλύσεσι, καὶ παρεδόθησαν τῇ φυλα-
κῇ, καὶ ἐταλαιπωροῦντο ἐν αὐτῇ ἐπὶ ἡμέραις πολ-
λαῖς. Εὐκαιρήσας δέ ποτε Σαβώριος ἀπὸ τῶν μα-
ταίων πραγμάτων, καὶ ἀνάψας πυρὰν μεγάλην,
ἐξήγαγε τοὺς ἁγίους τῆς φυλακῆς, καὶ ἠναγκασεν
ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, καὶ θῦσαι τῷ πυρί. Ὡς δὲ B
οὐκ ἔπεισεν, ἐνέβαλεν αὐτοὺς εἰς τὸ πῦρ, καὶ οὕτως
ἐτελειώθησαν.

ditionem tempore Constantii Romanorum imperatoris incursionem faciens (Deo sic permittente, ob excitatam hæresim insipientis Arii, qui et ipsi imperatori per Eusebium præpositum Arianum eadem secum sentire persuaserat), multaque subvertens castra et regiones, plures e Christianis captivos abduxit: quorum aliqui jugulati fuerunt alii in itinere perierunt. Centum vero et quinquaginta solummodo superstites, in Persidem fuerunt deportati, catenis constricti, et in carcerem conjecti, ibique assiduis ærumnis per plurimos dies afflicti. Cum autem aliquando Sapores a vanis negotiis vacaret, ingenti lignorum strue accensa, sanctos viros e carcere eductos jussit Christum abnegare, et ignem adorare. Quod cum facere recusassent, ipsos in ignem projici mandavit: atque ita martyrium consummarunt.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

Ζ'

Μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γεωργίου ἐπισκόπου Μιτυλήνης.

Γεώργιος ὁ ἐν ἁγίοις καὶ Θεοφόρος Πατὴρ ἡμῶν, θερμότατος ὁμολογητὴς τοῦ Χριστοῦ, ἦν υἱὸς γενῶν, καὶ πλουσίων, καὶ εὐσεβῶν γονέων· ὧν ν μὲν πλοῦτον μισήσας, τὴν δὲ εὐσέβειαν ἀγαπή-ας, καὶ εὐγενείας καὶ δόξης καταφρονήσας διὰ τὸν ὸς Χριστὸν πόθον, ἀπελθὼν ἐν μοναστηρίῳ, ἐγέ-το μοναχὸς, ἐν ᾧ καὶ ἄλλας μὲν πολλὰς κατώρθω-ν ἀρετὰς, ἐξαιρέτως δὲ τὴν ἐλεημοσύνην· ὅλην ρ τὴν ἡμέραν, κατὰ τὸν Δαβὶδ, ἐλεῶν καὶ δα-ζων οὐκ ἐπαύετο. Διὰ τοῦτο οὖν, παρακλήσει τοῦ ήρου, τῆς ἐν Μιτυλήνῃ ἐκκλησίας χειροτονεῖται σκοπος, τῆς ἴσης ἐλεημοσύνης ἐχόμενος· ἐπεὶ καὶ τῶν Εἰκονομάχων αἵρεσις ἀνεφάνη, ἐκείνης μὲν κα-τὴ ἀντίμαχος, τῆς δὲ ὀρθοδοξίας ὑπέρμαχος. Αὐ-; δὲ τὰς σεπτὰς εἰκόνας τιμῶν καὶ προσκυνῶν τοὺς ἄλλους διδάσκων, πολλὰ δὲ θαύματα ἐργα-ενος, προέγνω εἰ' ἀποκαλύψεως καὶ τὴν ἑαυτοῦ ευτὴν, ἀστέρος θείου ταύτην δηλώσαντος· καὶ ω πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

ula, suæ futuræ mortis ex revelatione, et divino que ita ad Dominum migravit.

EODEM MENSE

Die septima

Memoria sancti Patris nostri Georgii episcopi Mitylenæ.

Sanctus Paster noster Georgius, divino numine ac spiritu afflatus, et fortissimus Christi confessor, filius fuit nobilium, divitum ac piorum parentum: quorum divitias quidem odio habens, pietatem vero amplectens, atque ob Christi desiderium et amorem nobilitatem et gloriam contemnens, in quoddam monasterium profectus, monasticam iniit 46 vitam: ubi et alias quidem plures virtutes feliciter exercuit; sed præcipue eleemosynam. Tota C enim die juxta illud Davidicum, misereri, et commodare non cessavit. Quapropter unanimi cleri suffragio Mitylenensis ecclesiæ episcopus initiatus fuit eamdem quam antea exhibuerat, in eleemosynis dandis misericordiam retinens. Cum vero postea Iconomachorum hæresis exorta fuisset, ejus quidem ipse infestissimus hostis fuit; orthodoxæ vero religionis propugnator acerrimus. Ipse enim sacras imagines colens et adorans, earum cultum etiam alios edocuit. Cum autem multa jam patrasset misidere illam præmonstrante, certior factus fuit.

Καὶ ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Καλλιοπίου. D

Et certamen sancti martyris Calliopii.

Καλλιόπιος ὁ μάρτυρ τοῦ Χριστοῦ, ἐπὶ τῆς βασι-ας ὑπῆρχε τοῦ Μαξιμιανοῦ, ἐκ τῆς χώρας μὲν μφυλίας, υἱὸς δὲ Θεοκλείας τινὸς, Χριστιανῆς ουσίας. Τραφεὶς δὲ παρὰ τῇ μητέρι εὐσεβῶς, καὶ ἐς θείαις ἐκμελετήσας Γραφαῖς, διωγμοῦ ἐπι-μένου, ἀπῆλθεν εἰς Πομπηϊούπολιν, καὶ σταθεὶς προσθεν τοῦ ἡγεμόνος Μαξίμου ὡμολόγησέ τὸν ιστόν. Δεθεὶς οὖν τὰς χεῖρας ὀπίσω, καὶ τυφθεὶς ειδῶς, ἐβλήθη ἐν τῇ φυλακῇ· συνεισῆλθε δὲ καὶ ἡ τηρ αὐτοῦ, καὶ ἀπεσπόγγιζε τὰ αἵματα αὐτοῦ. ὅσα γὰρ παντα τὸν πλοῦτον αὐτῆς τοῖς πτωχοῖς, λούθει τῷ υἱῷ. Ἐκβληθεὶς δὲ τῆς φυλακῆς, κα-κάσθη σταυρωθῆναι, οὐκ ἐν τῷ πάθει μόνον νωνῶν τῷ Χριστῷ, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις·

Calliopius Christi martyr fuit imperante Maximiano ex regione Pamphyliæ, filius cujusdam Theocliæ Christianæ ac divitis. Pie et religiose a matre educatus, in assidua divinarum Scripturarum meditatione versatus est. Excitata autem persecutione, Pompeipolim sponte sua discessit: ubi coram Maximo præside libere professus est Christum. Manibus proinde post tergum revinctis, crudeliter verberatus, in carcerem conjectus fuit, in quem ingressa etiam ipsius mater, sanguinem ejus spongia abstergebat: distributis enim in pauperes omnibus suis divitiis, secuta fuerat filium. Hic vero e carcere eductus, condemnatus est, ut crucifigere tur: nec modo in passione et cruciatibus cons

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

fuit Christi, sed etiam in diebus, quibus passus est. Siquidem quinta feria majoris hebdomadæ erat dies, in qua crucifixus est. Dans autem mater ejus lictoribus quinque nummos aureos, rogavit illos, ne æque ac Christus crucifixus fuit, filium suum crucifigerent ; sed verso deorsum capite. Atque ita crucifixus hora tertia diei Parasceves, tradidit spiritum : et in eum irruens ipsius mater, animam similiter emisit.

A

καὶ γὰρ ἡ μεγάλη πέμπτη ἦν, ὅτι ἐστα
Δοῦσα δὲ ἡ μήτηρ αὐτοῦ τοῖς δημίοις πέντε χ
νους, παρεκάλεσεν αὐτοὺς, μὴ ὁμοίως τῷ Χ
σταυρῶσαι τὸν υἱὸν αὐτῆς, ἀλλὰ κατὰ κεφαλῆς
σταυρωθεὶς ὥρᾳ τρίτῃ τῆς Παρασκευῆς, κα
τὸ πνεῦμα. Καὶ ἐπιπεσοῦσα αὐτῷ ἡ μήτηρ α
ἀφῆκε τὴν ψυχήν.

47 *Et certamen sanctorum martyrum Rufini diaconi, et sociorum ejus*

Imperante impio Maximino cum gravis adversus Christianos persecutio commota fuisset, quicunque Christum profitebatur, comprehensus ab idolorum cultoribus, et multis tormentis excruciatus, demum morti tradebatur. Eo tempore fuit sanctus Rufinus diaconus Ecclesiæ Christi, qui cum multos in Christi nomine edoceret, in vincula conjectus fuit, et in carcerem detrusus. Quædam autem mulier Christiana, nomine Aquilina cum ipsum inviseret, similiter comprehensa fuit : et ambo ad præsidem adducti, variis subjecti sunt tormentis. Cum vero plura patrarent prodigia, id effecerunt, ut ducenti qui aderant milites, Christi fidem amplecterentur. Quapropter in iram statim excandescens præses, jussit cunctos gladio occidi. Unde lictores ad locum supplicii eos vinctos adduxerunt, et caput singulis amputarunt, Deo usque ad finem gratias agentibus.

B

Καὶ ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Ῥουφίνου διά
καὶ τῆς συνοδίας αὐτοῦ.

Ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ παρανόμου Μαξι
διωγμοῦ μεγάλου κατὰ τῶν Χριστιανῶν κινη
πᾶς ὅστις τὸν Χριστὸν ὡμολόγει, ὑπὸ τῶν εἰ
λατρῶν κρατούμενος, καὶ πολλαῖς βασάνοις
ποβαλλόμενος, τελευταῖον θανάτῳ παρεδίδοτο. Ἦ
χων δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν καὶ ὁ
Ῥουφῖνος διάκονος τῆς τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας
πολλοὺς διδάσκων ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Κ
ἐκρατήθη, καὶ ἀπεκλείσθη εἰς φυλακήν. Εἰ
δέ τις Χριστιανὴ, ἐπισκεπτομένη αὐτόν, ἐκα
καὶ αὐτή. Καὶ ἀμφότεροι παραστάντες τῷ ἄ
καὶ τιμωρηθέντες, εἶτα θαυματουργήσαντ
ρεσκεύασαν τοὺς παρεστῶτας διαλοσίους στρ
πιστεῦσαι τῷ Χριστῷ. Καὶ παραυτίκα ὁ ἡγε
ἀρχων, προσέταξεν ἅπαντας μαχαίρᾳ τύ
θῆναι. Καὶ δήσαντες αὐτοὺς οἱ δήμιοι, ἦγο
τόν τόπον τῆς τελειώσεως· καὶ ἀπεκεφάλισ
τας, εὐχαριστοῦντας τῷ Θεῷ μέχρι τέλους.

C

EODEM MENSE.

Die octava

Certamen sancti martyris Pausilypi.

Pausilypus Christi martyr fuit imperante impio et iniquo Adriano. Delatus autem, quod Christum coleret, et in ipsius nomine edoceret, comprehensus, et in vincula conjectus, ad imperatorem adductus est : et ante illum stans, interrogatus fuit, an Christum Deum confiteretur. Libera vero animi fiducia ipsum prædicans verum Deum, et creatorem universi, traditur regionis Europæ præfecto, virgisque adeo cæditur, ut trecentæ plagæ crudeliter ei infligerentur. Hoc autem tormento ereptus, denuo jussus est Christum negare, et idolis sacrificare. Quod cum facere nollet, vinculis constrictus, ad locum supplicii adductus est, ut ibi capite plecteretur. At vinculis in itinere diruptis, fugam arripuit, et ne gladio periret, liberatus est. Cum vero in locum quemdam evasisset, ibi permanens, assiduasque Deo preces offerens, alacri animo functam martyrio animam Deo reddidit, coronam adeptus immarcescibilem et vitam immortalem.

D

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

Η'

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Παυσ
Παυσίλυπος ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρ, ἐπ
τῆς βασιλείας τοῦ παρανόμου καὶ δυσσέβ
νου· διαγνωσθεὶς δὲ ὅτι τὸν Χριστὸν θεὸ
διδάσκει ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, κρατη
σήχθη τῷ βασιλεῖ. Καὶ παραστὰς αὐτῷ, ἠ
εἰ τὸν Χριστὸν ὁμολογεῖ Θεόν. Καὶ π
κηρύξας αὐτὸν Θεὸν ἀληθῆ, καὶ ποιητὴν τ
παρεδόθη τῷ τῆς χώρας Εὐρώπης ἐπάρ
τύπτεται ῥάβδοις ἀφειδῶς τριακοσίαις φορ
θεὶς δὲ τῆς βασάνου, πάλιν ἠναγκάσθη ἀρ
τὸν Χριστὸν, καὶ θῦσαι τοῖς εἰδώλοις. Μ
πεισθεὶς, ἐδέθη, καὶ ἀπήγετο εἰς τὸ ἀπομε
ναι. Καὶ ἐν τῇ ὁδῷ τῶν δεσμῶν διαῤῥηχθέν
τεινεν ἑαυτὸν πρὸς τὸ φυγεῖν. Καὶ τοῦ μὴ
ἐλυτρώθη· εἰς τόπον δέ τινα διασωθεὶς, καὶ
καὶ τῷ Θεῷ προσευξάμενος, ἀπέδωκε τὴν μ
κὴν αὐτοῦ ψυχὴν προθύμως τῷ Θεῷ, ἀπολύ
φανον ἀμάραντον, καὶ ζωὴν ἀχώρητον.

48 *Et memoria sancti Patris nostri Cœlestini papæ Romæ.*

Sanctus Pater noster Cœlestinus, imperante Theodosio Juniore, in Romana ecclesia floruit, in omnium virtutum exercitatione, divinarumque Scripturarum meditatione versatus. Post mortem

Καὶ μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Κε
πάπα Ῥώμης.

Κελεστῖνος ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν, ὑπὸ
τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ. ἐν τῇ
σίᾳ Ῥωμαίων, πᾶσαν ἀρετὴν κατωρθώκ
πᾶσαν θείαν Γραφὴν ἐμελετήσας. Μετὰ δὲ τ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ν ἁγίων ἐπισκόπων Ἰννοκεντίου, Βονιφατίου, Ζωσίμου, προχειρίζεται πάπας τῆς μεγάλης ὑμης· συντρίχων δὲ τῷ βίῳ ὁ λόγος, αἰδέσιμον τὸν τοῖς πᾶσιν ἀπέφαινε καὶ θαυμαστὸν· καὶ ἐν λοις μὲν πολλοῖς, ἐξαιρέτως δὲ ἐν τῇ τῶν ὀρθῶν μάτων ὑποτυπώσει, καὶ διαλέξει. Καὶ γὰρ σὺν ἁγίῳ Κυρίλλῳ δι' ἐπιστολῆς δογματικῆς πλήρους ὀδοξίας, ἣν ἀπέστειλεν ἐκ Ῥώμης ἐν τῇ συνόδῳ ἐν Ἐφέσῳ, τὸν δυσσεβῆ Νεστόριον καθεῖλε, καὶ τῶν ὀρθοδόξων ἐξήλασεν ἐκκλησίας, βλασφημοντα εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰς τὴν ἁγίαν τόκον. Ἔτι δὲ καὶ δι' ἄλλων δογμάτων τὰς τῆς ατολῆς Ἐκκλησίας τῆς τοῦτου λύμης ἠλευθέρωσεν, καὶ πολλοὺς φωτίσας ἐτελειώθη ἐν εἰρήνῃ.

A autem sanctorum episcoporum Innocentii, Bonifacii et Zosimi, papa magnæ Romæ ordinatur. Cum vero illius vitæ etiam doctrina congrueret, spectabilem se reddidit cunctis, ac mirabilem in multis quidem, sed præcipue in rectorum dogmatum expositione, ac dissertatione. Quippe sancto Cyrillo connitente, per epistolam dogmaticam orthodoxa veritate plenam, quam ex urbe Roma ad synodum Ephesinam misit, impium Nestorium prostravit, ac blasphemantem in Dei Filium et in sanctam Deiparam, ex orthodoxorum ecclesia ejecit. Deinde vero et aliis decretis Orientales Ecclesias hac pestilentissima lue liberavit. Cumque veritatis luce plures illustrasset, in pace decessit.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
θ'

EODEM MENSE.
Die nona

B

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Βαδίμου τοῦ ἀρχιμμανδρίτου.

Certamen sancti martyris Badimi archimandritæ.

άδιμος ὁ ὅσιος ὑπῆρχε μὲν ἐκ τῆς χώρας σῶν, πλουσίων δὲ γονέων υἱὸν· ὧν τελευτησάν-, ἅπαντα τὸν πλοῦτον σχορπίσας εἰς τοὺς πέ-ας, ἀπελθὼν εἰς μοναστήριον, ἐγένετο μοναχὸς, ι καὶ ἀρχιμανδρίτης. Κημύττων δὲ τὸν Χριστὸν, λοὺς ἐπ' αὐτὸν ἐπιστρέφων ἐβάπτιζε. Καὶ μαθὼν το Σαβώριος, ἀποστείλας ἐκράτησεν αὐτὸν, σὺν ὰ μαθηταῖς αὐτοῦ, καὶ ἀπέκλεισεν αὐτὸν εἰς ακήν. Καὶ μετὰ τέσσαρας ἡμέρας προσέταξεν ὁ ώριος τοῖς δημίοις ἐκβαλεῖν αὐτοὺς τῆς φυλακῆς, ἀποκεφαλίσαι. Ἕνα δὲ τῶν δημίων, Νηρσᾶν ματι, πρότερον ὄντα Χριστιανὸν, ἀρνησάμενον δὲ Χριστὸν διὰ τὸν φόβον, γυμνοῦντα τὸ ξίφος, τοῦ κεφαλίσαι αὐτοὺς, ἰδὼν ὁ ἅγιος καὶ στενάξας ἀνέσε· καὶ ὑπέμνησεν αὐτὸν τῆς μελλούσης ρας τὴν ἀνταπόδοσιν. Ὁ δὲ Νηρσᾶς ἀρξάμενος ειν ἀπὸ τοῦ φόβου, δέδωκε τῷ ἁγίῳ πληγὰς ἀρας· καὶ οὕτω βίᾳ πολλῇ παρέδωκε τὸ ἵμα.

Sanctus Badimus fuit ex regione Persarum, divitum parentum filius, quibus vita functis, cum jam divitias omnes in pauperes erogasset, in monasterium abiit, ibique monachus factus est, deinde et archimandrita. Prædicans autem Christi fidem, multos ad eam adduxit, et baptizavit. Quod cum Sapores Persarum rex intellexisset, eum una cum septem ipsius discipulis comprehendi jussit, et in carcerem detrudi. Ac deinde post quatuor dies tortoribus mandavit, ut ipsos e carcere educerent, et caput eis amputarent. Videns autem sanctus vir unum ex tortoribus, Nersam nomine, qui antea C Christianus fuerat, deinde metu tormentorum Christum abnegaverat; hunc, inquam, videns ensem denudantem, ut caput ipsis abscinderet, collacrymatus est, et ipsius calamitatem doluit, eique extremæ diei retributionem in memoriam revocavit. Nersas vero præ timore trepidare incipiens, quatuor vulnera sancto viro inflixit: atque ita vi multa spiritum emisit.

αὶ ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων τῶν ἐν Περσίδι τελειωθέντων.

Et certamen sanctorum martyrum, qui in Perside martyrium consummarunt.

ιβώριος ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς, ἐκστρατεύσας ὰ τῆς τῶν Ῥωμαίων γῆς, κατὰ τὸ πεντηκοστὸν ο' ἔτος τῆς αὐτοῦ βασιλείας, καὶ νόμῳ πολέμου υάνθρωπον πόλιν ἑλὼν, τοὺς ἐν αὐτῇ μὲν στρατας πάντας ἐφόνευσε, τὸν δὲ ἀπόλεμον ὄχλον, γέροντας, γυναῖκας, παιδία, καὶ τὸν ἐπίσκο-Ἡλιόδωρον, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους, καὶ τοὺς κόνους, καὶ πάντας τοὺς ἐν τῷ κλήρῳ περιεήσατο. Μέλλων οὖν τελευτᾷν ὁ ἐπίσκοπος Ἡλιόρος, ἐχειροτόνησεν ἀντ' αὐτοῦ ἐπίσκοπον τῶν πρεσβυτέρων ἕνα. Καὶ τῆς ἐξ ἔθους δοογίας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀναφερομένης τῷ Θεῷ, λθών τις τῶν Περσῶν, εἶπε τῷ Σαβωρίῳ, ὅτι Οἱ ὰ σοῦ συγχωρηθέντες ζῆν Χριστιανοί, ἵνα ἐξ ὧν πρῶτον ποιήσαντες, τῆς μὲν θρησκείας ἡμῶν βλασφημοῦσιν, τῆς δὲ σῆς ἐξουσίας καταφρονσι. Τότε ἀχθέντες ἠναγκάσθησαν προσκυνῆσαι τῷ ῳ· μὴ πεισθέντες δὲ, ἅπαντες ἀπεκεφαλίσθησαν.

Sapores Persarum rex anno regni sui quinquagesimo tertio expeditione in Romanorum ditionem suscepta, cum frequentissimam urbem jure belli cepisset, milites omnes qui in ea erant, occidi jussit; gentem vero ad bellum minime idoneam, nimirum D senes, mulieres, pueros, Heliodorum episcopum, presbyteros, diaconos, et omnes clericos incolumes servari mandavit. Heliodorus autem episcopus cum se mortI proximum præsentiret, in sui locum unum ex presbyteris episcopum ordinavit. Sed cum de more in ecclesia offerretur Deo glorificatio, abiens quidam ex Persis, Sapori hæc renuntiavit: Christiani illi, o Rex, quibus a te vivere permissum fuit, quemdam sibi principem eligentes, nostram quidem religionem reprobant; tuam autem potestatem contemnunt. Quapropter ad regem adducti, jussi sunt solem adorare. Quod cum facere recusassent, omnes capite obtruncati fuerunt,

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

Et certamen sancti martyris Eupsychii Cæsariensis. A Καὶ ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Εὐψυχίου τοῦ Καισαρείᾳ.

Eupsychius Christi martyr, imperante Juliano apostata, fuit ex regione Cappadociæ. Inculpatam autem vitam, simplicemque agendi rationem assecutus, maximo Christi desiderio et amore flagrabat. Cum autem vidisset idolorum cultores templum Fortunæ sacrum adeuntes, et ibidem sacrificantes, in quam credens apostata Julianus, victimas quotidie offerre consueverat: zelo divino accensus, alius secum Christianos, socios assumens, templum a fundamentis subvertit, et idola, quæ in ipso erant, contrivit. Cum autem hæc scivisset Julianus, vehementer iratus, illos omnes comprehendi jussit: et alios quidem ex ipsis fortunæ bonis orbatos, et variis ærumnis afflictos in exsilium ejecit; martyrem B vero Eupsychium, utpote perpetrati facinoris auctorem, primo quidem in carcerem 50 detrudi jussit; postea vero e carcere eductum, multiplicibus tormentis cruciari. Demum cum Christum negare jussus respuisset, capite truncatus fuit.

Εὐψύχιος ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, ὑπῆρχεν βασιλείας τοῦ παραβάτου Ἰουλιανοῦ ἀπὸ τῆς χ τῶν Καππαδοκῶν. Ἀνεπίληπτον δὲ βίον, καὶ γν κεκτημένος ἁπλοῦν, εἶχε καὶ πόθον πολὺν εἰς στόν. Ὁρῶν δὲ τοὺς εἰδωλολάτρας ἐπερχομένο τὸν ναὸν τῆς λεγομένης Τύχης, καὶ θύοντας, ὁ πιστεύων ὁ παραβάτης Ἰουλιανὸς, θυσίας καθ στην προσέφερεν, ζήλῳ θείῳ κινηθείς, καὶ Χρ νῶν τινων προσλαβόμενος, ἀπελθὼν κατέστ αὐτὸν ἐκ βαθρῶν, καὶ τὰ ἐν αὐτῳ συνέτριψεν εἰδ Μαθὼν δὲ ταῦτα ὁ παραβάτης ὠργίσθη σφόδρ ἀποστείλας ἐκράτησεν ἅπαντας· καὶ τοὺς μὲ λους τῶν ἰδίων στερήσας, κακώσεσι ποικίλαις βαλὼν, ἐξώρισε· τὸν δὲ μάρτυρα Εὐψύχιον, ὡς τιον γενόμενον τοῦ τοιούτου δράματος, πρῶτ ἀπέκλεισεν εἰς φυλακήν· ἔπειτα τῆς φυλακῆς λων, καὶ πολλὰ βασανίσας, καὶ καταναγκάσ σασθαι τὸν Χριστὸν, καὶ μὴ πείσας, ἀπεκε

EODEM MENSE.

Die decima

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

Γ

Certamen sanctorum quadraginta martyrum, Terentii, Africani, et aliorum.

Ἄθλησις τῶν ἁγίων τεσσαράκοντα μαρτύρων, Τε τίου, Ἀφρικανοῦ, καὶ τῶν λοιπῶν.

Terentius Christi martyr cum suis sociis, imperante Decio, ex Africa fuit. Persecutione autem excitata, cum Christiani occiderentur, multi qui fugam antea præ timore arripuerant, comprehensi, jussi sunt sacrificare idolis: cumque non obtemperarent, in carcerem, jussu præsidis Africæ, conjecti C fuerunt. Deinde e carcere educti, denuo Christum denegare compulsi sunt, pluribusque tormentis excruciati. Primum enim cæsi sunt, quousque ipsorum viscera conspicerentur. Postea ignitis subulis in lumbis perforati, et in eorum vulnera acetum cum sale infusum. Quoniam vero precibus ad Deum fusis idola, aras et templa subverterunt; sex quidem et triginta ex illis capite truncati sunt; reliqui vero quatuor, manibus pedibusque ligatis, conjecti sunt in carcerem, ex quo postea educti, etiam ipsi decollati fuerunt.

Τερέντιος, ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς μετὰ τῶν οἰδίας αὐτοῦ, ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Δε τῆς χώρας Ἀφρικῆς· διωγμοῦ δὲ κινηθέντος τῶν Χριστιανῶν φονευομένων πολλοὶ φόβῳ καὶ ἀναγκασθέντες θῦσαι, καὶ μὴ πεισ ἀπεκλείσθησαν εἰς φυλακὴν παρὰ τοῦ Ἡγ Ἀφρικῆς. Εἶτα τῆς φυλακῆς ἐξελθόντες, πα κάζοντο ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, βασα λαῖς ἐξεταζόμενοι. Πρότερον γὰρ ἐτύπτ ἐφάνησαν τὰ σπλάγχνα αὐτῶν· ἔπειτα πυρωθεῖσι τὰ ψόα διετρυπήθησαν καὶ ὄξ ἐπεγύθησαν. Ἐπεὶ δὲ προσευξάμενοι, τὰ ξόα τοὺς βωμοὺς καὶ τοὺς ναοὺς κατέστρεψαν, τριάκοντα ἓξ ξίφει τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθη δὲ τέσσαρες, χεῖρας καὶ πόδας δεθέντες, σαν εἰς φυλακήν, καὶ μετὰ τοῦτο τῆς φυ ἐξελθόντες, ἀπεκεφαλίσθησαν καὶ αὐτοί.

Et memoria sancti Agabi apostoli.

Καὶ μνήμη τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ἀγάβου.

Agabus Christi apostolus multis quidem cœlestibus muneribus ob ipsius virtutem ac meritum a Deo ditatus fuit; sed præcipue prophetici spiritus donum obtinuit. Cingulum enim magni apostoli Pauli accipiens, illoque sibi manus et pedes devinciens, prædixit, dicens: Hæc dicit Spiritus sanctus: Virum illum, cujus est hoc cingulum, ita ligabunt Judæi Hierosolymis, eumque flagellis cædent. Atque ita, ut prædixerat, evenit. Cum enim sanctus Paulus Hierosolyma abiisset, non modo ipsum Judæi in vincula conjecerunt, sed et eum occidere conati sunt. Et hæc quidem primum vaticinatus est, Isaiæ vero et alia multa prædixit. Cum vero partem orbis terrarum, quæ ipsi obtigerat, 58 doctrina et innumeris miraculis illustras-

Ἄγαβος ὁ τοῦ Χριστοῦ ἀπόστολος, πολλοῖ ἄλλων ἀγαθῶν διὰ τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν καὶ ἀξιωθείς, ἐδέξατο καὶ προφητικὸν χάρισμα. Λ τὴν ζώνην τοῦ μεγάλου ἀποστόλου Παύλου λά καὶ ἑαυτοῦ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας δήσα προεφήτευσεν εἰπών· ὅτι Λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ρίου· Τὸν ἄνδρα, οὗ ἐστιν ἡ ζώνη αὕτη, οὕτω σουσιν εἰς Ἱεροσόλυμα οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ μα γώσουσιν. Καὶ προεφητεύσας ἐμάθοσαν πα θοντα γὰρ τὸν ἅγιον Παῦλον εἰς Ἱεροσόλ οὐ μόνον ἐδήσαντες οἱ Ἰουδαῖοι, ἀλλὰ καὶ ἐπεχείρησαν. Καὶ ταῦτα μὲν πρότερον προ δὲ καὶ ἄλλα πλεῖστα προφητεύσας, καὶ τὸ λαχὸν μέρος τῆς οἰκουμένης τῇ διδασκαλίᾳ αὐτοῦ, καὶ ἀναρίθμοις θαυματουργίαις φωτίσας, καὶ εἰς ἐπί

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

Θεοῦ τὸ καταπιστευθὲν αὐτῷ ποίμνιον ἀγαγὼν, A set, atque ad Dei cognitionem creditum sibi
τῶν εἰδώλων τὴν θρησκείαν καταβαλὼν καὶ gregem perduxisset, idolorum cultu subverso ac
λύσας, ἐν εἰρήνῃ ἐτελειώθη. deturbato, in pace decessit.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
ΙΑ'

EODEM MENSE.
Die undecima

λησις τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Ἀντίπα ἐπι-
σκόπου Περγάμων.

Certamen sacrosancti martyris Antipæ episcopi Pergami.

Ἀντίπας ὁ τῶν δαιμόνων ἀντίπαλος, ἦν ἐπὶ τῶν
νων Δομετιανοῦ τοῦ βασιλέως κατὰ τὸν καιρὸν
ἁγίων ἀποστόλων, ὅτε καὶ ὁ Θεολόγος Ἰωάννης
ιστος ὑπῆρχεν εἰς Πάτμον τὴν νῆσον. Ὑπάρχων
ἐπίσκοπος Περγάμου, πάνυ γέρων ὤν, ἐκρατήθη
ὑπὸ τῶν εἰδωλολατρῶν, τῶν δαιμόνων ἐμφανισάν-
αὐτοῖς, καὶ εἰπόντων, μὴ δύνασθαι τὸν τόπον
ἶν διὰ τὸν Ἀντίπαν. Διὰ τοῦτο ἀχθεὶς πρὸς τὸν B
μόνα, καὶ καταναγκασθεὶς ἀρνήσασθαι τὸν Χρι-
, καὶ θῦσαι τοῖς εἰδώλοις, καὶ μὴ πεισθεὶς, ἀλλὰ
λον ἐκ παραδείγματος ἐλέγξας τὴν πλάνην τῶν
λων, φήσας ἀρχαίαν μὲν αὐτὴν εἶναι, κακὴν δὲ
γὰρ ὁ ἡγεμὼν τοῦτο προεβάλετο, ὅτι ἀρχαία
ἔστιν ἡ τῶν Ἑλλήνων θρησκεία, νέα δὲ ἡ τῶν
πτιανῶν· καὶ ὁ ἅγιος, ὅτι Κάϊν παλαιὸς μὲν
νεν, ἀλλὰ φονεὺς τοῦ ἀδελφοῦ), ἐνεβλήθη ἐν
τῷ βοΐ πυρωθέντι, καὶ ἐτελειώθη.

Antipas dæmonum adversarius, imperante Domitiano, temporibus sanctorum apostolorum claruit, quando et Joannes Theologus in Patmo insula exsulabat. Cum autem Pergami episcopus esset, et valde senex, comprehensus fuit ab idolorum cultoribus, quibus dæmones apparuerant, ac dixerant, locum dium inhabitari non posse propter Antipam. Idcirco adductus ad præsidem, jussus est Christum negare, et idolis sacrificare. Verum cum non assensisset, sed potius exemplo refutaret Græcorum errorem, veterem quidem illum esse dicens, sed malum; (præses namque ei objecerat, Græcorum religionem antiquam esse, illam vero Christianorum novam: et sanctus vir responderat, Cainum quoque antiquum esse, sed tamen fratricidam:) conjectus fuit in bovem æneum candentem, et ibidem martyrium consummavit.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
ΙΒ'

EODEM MENSE.
Die duodecima

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀρτέμωνος.

Certamen sancti martyris Artemonis.

ρτέμων ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, ἦν ἐπὶ τῆς βα-
ίας Διοκλητιανοῦ, πρεσβύτερος ὑπάρχων τῆς ἐν
ικείᾳ ἁγίας ἐκκλησίας· πρὸ ἑνὸς δὲ ἐνιαυτοῦ C
τελειώσεως αὐτοῦ, εἰσελθὼν ἐν τῷ ναῷ τῶν
ήνων μετὰ Σισιννίου τοῦ ἐπισκόπου αὐτοῦ κατέ-
βε τὰ εἴδωλα. Καὶ μαθὼν τοῦτο παρὰ τῶν εἰδω-
τρῶν ὁ τῆς χώρας ἄρχων, ἀπῆλθε κρατῆσαι τὸν
οπον, καὶ νοσήσας ἐκινδύνευσεν. Εἶτα ἐμήνυσε
ἐπισκόπῳ εὔξασθαι ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ εἰ τύχῃ
ας, χρυσῆν εἰκόνα ἀναστήσειν αὐτῷ. Ὑγιάνας
ἀπῆρχετο πρὸς Καισάρειαν, καὶ κατὰ τὴν ὁδὸν
ν Ἀρτέμονα πρεσβύτερον ἐκράτησεν αὐτόν·
ήσας ἔσυρε, καὶ ἀπαγαγὼν εἰς τὴν πόλιν, ἀπέ-
εν εἰς φυλακήν. Εἶτα ἠνέγκασεν ἀρνήσασθαι
ζριστόν· καὶ μὴ πείσας, μέλη τινὰ τῶν σαρκῶν
ὗ ἐκτεμών, ὤπτησεν ἐν ἐσχάρᾳ. Καὶ τότε ἐκ-
τος λέβητος ἐπὶ τῷ ἐμβληθῆναι αὐτὸν, καὶ
αι, ἦραν ἀετοὶ δύο τὸν ἄρχοντα καὶ ἐνέβαλον εἰς D
ν· ὁ δὲ ἅγιος ὀλίγον ἐπιβιοὺς, ἐν εἰρήνῃ ἐτε-
θη.

Artemon Christi martyr, Diocletiano imperatore, presbyter fuit sanctæ Laodiceæ ecclesiæ. Anno autem ante suum obitum, Græcorum fanum una cum episcopo suo Sisinnio ingressus, idola subvertit. Cumque id ab idololatris præses regionis rescivisset, abiit ad episcopum comprehendendum. At morbo correptus, in grave vitæ discrimen adductus est. Rogavit proinde episcopum, ut pro ipso preces offerret. Quod si contingeret ipsum incolumem reddi, aureum simulacrum se ei excitaturum spopondit. Porro sanitatem adeptus, Cæsaream petiit. Cumque in itinere Artemonem presbyterum invenisset, eum comprehendit, et vinctum traxit, adduxitque ad civitatem, atque in carcerem detrusit. Deinde conatus est ei persuadere, ut Christum abnegaret. Sed cum ad id illum inducere nequivisset, membra aliquot ex ejus corpore exsecuit, et in craticula assavit. Postea inflammari lebetem jussit, in quem ille immitteretur ac ustularetur. At duæ aquilæ ipsum præsidem repente attollentes, in lebetem injecerunt. Sanctus vero cum parum supervixisset, in pace decessit.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
ΙΓ'

EODEM MENSE.
Die decima tertia

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Κρίσκεντος.

Certamen sancti Crescentis martyris,

ρίσκης ὁ τνῦ Χριστοῦ μάρτυς, ὑπῆρχεν ἐκ τῆς
ως Μύρων, εὐλαβὴς ὢν καὶ γηραιός. Ὁρῶν δὲ
ους προσκυνοῦντας τὰ εἴδωλα, εἰσελθὼν μέ-
αὐτῶν παρῆνει αὐτοῖς, ἀποστῆναι μὲν τῆς
ης, προσελθεῖν δὲ τῷ Χριστῷ, καὶ σωθῆναι. Ὁ

Crescens Christi martyr fuit ex civitate Myrea, minus pietate, quam senectute venerabilis. Cum autem multos idola colentes cerneret, in medium illorum prosiluit, adhortans illos, ut errorem detestarentur, et ad Christum accederent, atque ita

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

propriæ saluti consulerent. Quo cognito præses illum comprehendi, et coram se adduci jussit; percontatusque est ab eo genus, patriam, et nomen ipsius. Ille vero nihil aliud respondebat, nisi, Christianus sum. Præses autem dixit : Externa saltem specie diis sacrifica, corde vero et animo Deum tuum adora. At ille id respuens, magnaque voce Christum confessus, ac idola rejiciens et contemnens, primum quidem in ligno suspensus, diu multumque depexus est, et facibus in lateribus ustulatus. **53** Deinde vdro e ligno depositus, denuo idolis sacrificare impellebatur. Quod cum facere detrectasset, in ingentem ignis fornacem injectus, spiritum Deo reddidit.

A δὲ ἡγεμὼν μαθὼν τοῦτο, ἐκράτησεν αὐτὸν ἀγαγὼν ἔμπροσθεν αὐτοῦ, ἠρώτησε τύχην, καὶ ὄνομα. Ὁ δὲ οὐδὲν ἕτερον ἔλεγεν, ἢ ὅτι στιανός εἰμι. Ὁ δὲ ἡγεμὼν ἔφη· θῦσον σοὶ μόνῳ τοῖς θεοῖς, καὶ προσκύνει κατὰ ψυχὴν τῷ σου. Ὁ δὲ ἅγιος μὴ καταδεξάμενος, ἀλλὰ μ τῇ φωνῇ τὸν Χριστὸν ὁμολογῶν, τὰ δὲ διελέγχων καὶ ἀτιμάζων, πρῶτον μὲν κρεμασθεὶς ἐξέσθη ἐπὶ πολὺ, καὶ λαμπάσι χθη τὰς πλευράς· Ἔπειτα τοῦ ξύλου κατα πάλιν ἠναγκάζετο θῦσαι τοῖς εἰδώλοις. Ὡς ἐπείσθη, εἰς κάμινον μεγάλην πυρὸς ἐμβλη Θεῷ τὸ πνεῦμα παρέδωκε.

Et memoria Sancti Patris nostri Basilii Confessoris.

Καὶ μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βα τοῦ Ὁμολογητοῦ.

B

Sanctus Pater noster Basilius ab ineunte ætate Deum dilexit : omnemque virtutem assecutus, Pari episcopus creatus fuit, impiorum iconomachorum temporibus. Quod autem exemplo sancti Pauli divini ac magni apostoli Christi, convenire noluisset cum impia eorum hæresi, qui venerandas Domini nostri Jesu Christi, necnon intemeratæ ejus Genitricis gloriosæ Dominæ nostræ Deiparæ semperque virginis Mariæ, sanctorumque omnium imagines contemnebant; et quod iniquo volumini in orthodoxæ fidei subversionem condito subscribere recusasset, totam vitam suam in persecutionibus, tentationibus, ærumnis atque angustiis traduxit, e loco in locum semper transmigrans et fugiens. Atque ita Patrum institutis C adhærens, et pro eis decertans, atque ab hæreticorum conventibus usque ad finem abhorrens, migravit ad Dominum.

Ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Βασίλειος, ἐκ β τὸν Θεὸν ἀγαπήσας, καὶ πᾶσαν ἀρετὴν κατ χειροτονεῖται Πάρίου ἐπίσκοπος ἐπὶ τῶν δυσσεβῶν εἰκονομάχων. Ὅστις κατὰ Παῦλ θεῖον, καὶ μέγαν ἀπόστολον τοῦ Χριστοῦ, πεισθῆναι συνελθεῖν τῇ δυσσεβεῖ αἱρέσει τ τούντων τὴν πάνσεπτον εἰκόνα τοῦ Κυρ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς παναχράντου τρὸς Μαρίας, τῆς ἐνδόξου Δεσποίνης ἡμῶν καὶ ἀειπαρθένου, καὶ πάντων ἁγίων· λῆσαι ὑπογράψαι εἰς τὸν ἄδικον τόμον, λύσει τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, τὴν ἅπασαν ἐν διωγμοῖς, καὶ πειρασμοῖς, καὶ στενοχωρίαις διήνυσεν, ἀπὸ τόπου εἰς μεταβάσεις, καὶ φυγὰς ἀεὶ ποιούμενος τῶν Πατρικῶν δογμάτων προϊστάμενος κακοδόξων τὰς συνάξεις μισῶν μέχρι Θεὸν ἐξεδήμησεν.

Et certamen sancti martyris Eleutherii Persæ.

Καὶ ἄθλησις τοῦ ἁγίου λάρτυρος Ἐλευθ Πέρσου.

Eleutherius Christi martyr fuit e regione Persidis oriundus. Cum vero Christianus esset, et Christum diligeret, adiit sanctum Simeonem episcopum, et ab illo perfectius edoctus est verbum veritatis. Deinde in domum suam regressus, etiam ipse alios ad se accedentes edocuit quæ ad Christi dispensationem pertinent: quo pacto nimirum cum Deus esset nullius indigens, voluit homo fieri, ut hominem salvaret, nec propriam D essentiam mutavit propter unionem cum humanitate; sed totus permanens Deus, totus factus est homo. Cum igitur ita doceret sanctus Eleutherius, et multos ex infidelibus converteret, ac baptizaret, Persis innotuit, qui ignem adorabant, atque ab his denuntiatus est regi. Captus proinde fuit, et ad regem adductus : **54** qui cum eum interrogasset. atque ejus constantiam cognovisset, tradidit ipsum Magorum principibus, mandans illis, ut ei persuaderent Christo renuntiare. Illi vero plurimis ipsum tormentis excruciantes, cum a Christo avertere non valerent, caput ei am runt.

Ἐλευθέριος ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς ὑπῆρχ χώρας Περσίδος Χριστιανὸς δὲ ὤν, καὶ τ ἀγαπῶν, ἀπήρχετο πρὸς τὸν ἅγιον Συμεὼ σκοπον, καὶ παρ' αὐτοῦ τελεώτερον ἐδιδάσκ γον τῆς ἀληθείας· καὶ ὑποστρέφων εἰς τ αὐτοῦ, ἐδίδασκε καὶ αὐτὸς τοὺς προστρχομέν τὰ περὶ τῆς οἰκονομίας τοῦ Χριστοῦ· ὅτι Θ ἀπροσδεὴς, ἠθέλησε γενέσθαι ἄνθρωπος, τὸν ἄνθρωπον, μὴ τραπεὶς τὴν οὐσίαν μετὰ τ ἀνθρωπότητος ἕνωσιν, ἀλλὰ ὅλος θεὸς ὢν, γενόμενος ἄνθρωπος. Διδάσκων δὲ ὁ ἅγιος θέριος οὕτως, καὶ πολλοὺς τῶν ἀπίστων ἐπιστ καὶ βαπτίζων, ἐγνώσθη παρὰ τῶν Περσῶν. Καὶ καταμηνυθεὶς τῷ βασιλεῖ. καὶ παρέστη αὐτῷ. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐρωτήσας καὶ ἰδὼν αὐτοῦ τὸ ἀμετάθετον, παρέδωκε τοῖς ἀρχιμάγοις, παραγγείλας αὐτοῖς, πεῖσ ἀρνήσασθαι τὸν Χριστόν· οἱ δὲ πολλὰ βασανί καὶ μὴ πείσαντες, ἀπεκεφάλισαν αὐτόν.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ. ΙΔ'.

EODEM MENSE. Die decima quarta

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Συμεὼν, καὶ τῆς συνοδίας αὐτοῦ.

Συμεὼν ὁ τοῦ Χριστοῦ ἱερομάρτυρ ὑπῆρχεν ἐπὶ βασιλείας Σαβωρίου τοῦ Περσῶν βασιλέως· ὁρῶν τὰ παράνομα ἔργα τῶν Περσῶν, καὶ μὴ φέρων ὧν τὰς ἐπιταγὰς, ἔγραψε τῷ βασιλεῖ, ὅτι Ἡμεῖς οἱ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ὑπάρχοντες, φόροι ὑμῶν εἶναι οὐκ ἀνεχόμεθα. Ποίει οὖν ὃ θέλει. Ἀποστείλαντος οὖν τοῦ βασιλέως, ἦλθη μιος μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ. Καὶ εἰσελθὼν, οὐ προσεκύνησεν, ὡς πρότερον, αὐτόν· καὶ ἐρωτηθεὶς, διὰ οὐ προσεκύνησεν, εἶπεν· Ὅτε εἶχον εἰρήνην, ἐθούν τοῦτο· ὅτε δὲ δέσμιος παρεγενόμην, οὐ σκυνῶ. Ἐξερχόμενον δὲ αὐτὸν πρὸς τὸ ἀποκλεῖναι εἰς φυλακὴν, ἰδών τις πραιπώσιτος, ὁ πρότερον ὢν Χριστιανὸς, ὕστερον δὲ ἀρνησάμενος, ἐβουλήθη ἀσπάζεσθαι· καὶ μὴ προσδεχθεὶς, ἔφη· Εἰ ἱερεὺς, ἄνθρωπος ὤν, ἀπεστράφη με, πῶς ὁ Χριστός ἀγαπήσει με, ὃν ἠρνησάμην; Καὶ γνοὺς τοῦτο ὁ βασιλεὺς, ἀπεκεφάλισεν αὐτόν τε καὶ τὸν ἐπίσκοπον σὺν τοῖς πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις, καὶ ἑτέροις τὸν πεντήκοντα.

A

Certamen sacrosancti martyris Simeonis, et sociorum ejus.

Simeon sacrosanctus Christi martyr, Sapore Persarum regnum tenente, claruit. Cum autem impia Persarum facinora intueretur, nec illorum onera perferre amplius posset, regi ita rescripsit: Nos servi sumus Jesu Christi Dei nostri, non sustinemus vestri esse vectigales. Fac ergo quod vis. Jubente itaque rege, vinctus adductus fuit coram ipso una cum sociis suis. Cumque ingressus fuisset, ei, prout antea consueverat, venerationis signum nequaquam exhibuit. Interrogatus autem, cur id omisisset, respondit: : Cum B pacem habebam, regem venerari consueveram; quando autem vinctis accedo, ipsum amplius non veneror. Porro cum eum inde egredientem vidisse quidam præpositus, qui antea Christianus fuerat, sed postea a Christo defecerat; conatus est ipsum amplecti. Sed a Simeone repulsus, ait: Si Simeon homo cum sit, me despicit, quomodo Christus, quem negavi, me recipiet ac diliget? Hoc comperto rex ipsum præpositum, simulque episcopum, presbyteros, diaconos, aliosque centum et quinquaginta capite obtruncari mandavit.

Καὶ ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Φασὶκ, καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ ἀσκητρίας.

Οὗτος ὁ μάρτυς, ὅτε ἀπεκεφαλίζοντο οἱ περὶ τὸν ἅγιον Συμεὼν ἅγιοι μάρτυρες, παρεστὼς καὶ θεωρῶν, ἰδὼν ἕνα πρεσβύτερον μέλλοντα ἐκτέμνεσθαι τὴν κεφαλὴν, φοβηθέντα, καὶ τρομάσαντα, ἔφη αὐτῷ· Μὴ φοβοῦ, κάμμυσον τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ὁ Χριστὸς φωτίσει σε. Ὅθεν διαγνωσθεὶς, ὅτι τὰ Χριστιανῶν φρονεῖ, παρίστη τῷ βασιλεῖ· καὶ ἐρωτηθεὶς, καὶ ὁμολογήσας τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, πρῶτον μὲν ἐτμήθη τὴν γλῶσσαν· εἶτα ἐκδαρεὶς ἀνηλεῶς ὅλου τοῦ σώματος τὸ δέρμα, ἀπέδωκε τὴν ψυχήν. Εἶχε δὲ καὶ θυγατέρα Χριστιανὴν, ἀσκήτριαν, καὶ ἀγομὴν αὐτὴν ὁ βασιλεὺς, κατηνάγκαζεν ἀρνήσασθαι μὲν τὸν Χριστὸν, θῦσαι δὲ τῷ ἡλίῳ, καὶ τῷ πυρί. Ὡς δὲ οὐκ ἔπεισε, πρῶτον μὲν γυμνώσας αὐτὴν, ἔτυψεν ἀφειδῶς, καὶ λαμπάσι κατέφλεξε· εἶτα κρεμάσας ἔξεσε μετὰ σιδηρῶν ὀνύχων· ἔπειτα ἔτεμε τὴν ἱερὰν αὐτῆς κεφαλὴν ἀπέτεμεν.

C

Et certamen sancti martyris Phasic, ejusque filiæ sanctimonialis.

Hic martyr, cum sancti martyres socii sancti Simeonis decollarentur, eorum martyrio præsens, quemdam ex eis presbyterum, dum caput ei obtruncandum esset, timentem ac trepidantem advertens, ipsi ait: Ne timeas, claude oculos tuos, et Christus te illuminabit. Unde Christianæ religionis assecla cognitus, adductus est coram rege: et ab ipso interrogatus, cum Christi nomen confessus esset, primum quidem ei abscissa fuit lingua: deinde totius corporis pelle crudeliter detracta, animam emisit. Filiam autem habebat Christianam sanctimonialem, quam coram se adductam jussit rex Christo renuntiare, Solique atque Igni sacrificare. Cum vero illa ad id suaderi non pateretur, primum quidem eam denudari mandavit, crudeliter flagellis cædi, facibusque aduri: deinde suspendi, ac ferreis unguiculis dilaniari: sacram demum ipsius D cervicem ense abscindi.

Καὶ ἄθλησις τῶν ἁγίων χιλίων μαρτύρων, καὶ Ἀζὰτ τοῦ εὐνούχου.

Τῆς σωτηριώδους ἑορτῆς ἐπιστάσης τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης Παρασκευῆς, ἑώρταζον καὶ ἐν Περσίδι Χριστιανοὶ, καὶ ἐδοξολόγουν εὐχαριστοῦντες τῷ Χριστῷ, τῷ δι' ἡμᾶς ὑπομείναντι τὰ σωτήρια πάθη. Συλληφθέντος οὖν τοῦ ἁγίου Συμεὼν τοῦ ἐπισκόπου, καὶ ἀναιρεθέντος, καὶ μετ' ἐκείνου φονευθέντων καὶ ἄλλων πολλῶν (καὶ γὰρ ἀπὸ τῆς μεγάλης Παρασκευῆς μέχρι δεκάτης ἡμέρας, πᾶς Χριστιανὸς κρατούμενος ἐφονεύετο), ἐκρατήθησαν καὶ οὗτοι οἱ ἅγιοι, καὶ μετ' αὐτῶν Ἀζὰτ ὁ εὐνοῦχος, πλούσιος μὲν ὤν,

Et certamen sanctorum mille martyrum et Azat eunuchi.

Recurrentem sanctæ et magnæ Parasceves salutarem festivitatem etiam ii Christiani, qui in Perside erant, celebrabant, atque gloriosa recordatione recolebant; Christo gratias agentes, quod propter nostram salutem pati dignatus fuerit. Comprehenso autem et occiso sancto Simeone episcopo, et aliis etiam plurimis cum eo interemptis (ab ipso siquidem magnæ Parasceves die per decem usque sequentes dies quicunque comprehendebantur Christiani, occidebantur), hi

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

etiam sancti tenti fuerunt, et cum ipsis Azates eunuchus, qui dives erat, et in palatio primus, dilectus plurimum, atque in honore habitus a Sapore. Hi itaque coram rege adducti, et ab ipso interrogati, cum Christum animo confidenti professi essent, fuerunt omnes interempti. Pœnitentia autem ductus Sapores ob mortem sancti Azatis, lege cavit, ne quis in posterum Christianus occideretur : et ad aliquod tempus ejusmodi observatum fuit.

καὶ πρῶτος τοῦ παλατίου, ἀγαπώμενος δὲ τ
καὶ τιμώμενος ὑπὸ τοῦ Σαβωρίου. Καὶ π
τες ἐνώπιον τοῦ βασιλέως καὶ ἐρωτηθέντες
ὁμολογήσαντες τὸν Χριστὸν παῤῥησίᾳ ἐν
πάντες. Μεταμεληθεὶς δὲ ὁ Σαβώριος ἐπὶ τῷ
τοῦ ἁγίου Ἀζάτ, ἐνομοθέτησεν, ἕκτοτε μή τ
Χριστιανόν· καὶ ἐφυλάχθη ἕως καιροῦ.

16 *Et certamen sanctorum martyrum Jacobi presbyteri, et Azæ diaconi.*

Isti quoque sancti martyres Jacobus presbyter, et Azes diaconus in Perside fuerunt tempore persecutionis impii Saporis. Cum autem Christum prædicarent, comprehendi eos jussit princeps Magorum, et in carcerem detrudi, ubi fame illos per plures dies afflixit. Posthæc e carcere eductos, coram se adduci mandavit et Christum abnegare impulit. Cum vero non obtemperassent, primum quidem sinapi, et acetum in ipsorum nares injecit : deinde denudatos, et in ligno tota nocte suspensos frigore illos excruciavit. Mane autem adhuc suspensos, et nudos, virgis cædi mandavit, atque iterum in carcerem detrudi. Demum e carcere educti, capite obtruncati sunt. Sed cum ad proximam paludem lictor descendisset, atque ibidem ensem abluisset, ipsius paludis aqua in sanguinem conversa est : atque ita diu permansit, ac demum exaruit.

Καὶ ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Ἰακώβου πρε
ρου, καὶ Ἄζη διακόνου

Καὶ οὗτοι οἱ ἅγιοι μάρτυρες Ἰάκωβος πρ
καὶ Ἄζης ὁ διάκονος, ἐν Περσίδι ὑπῆρχον,
τὸν καιρὸν τοῦ διωγμοῦ τοῦ παρανόμου Σα
κηρύττοντας δὲ τὸν Χριστὸν κρατήσας ὁ Ἀρ
γος, ἐνέβαλεν εἰς φυλακήν, λιμῷ κολάσας αὐτ
πολλαῖς ἡμέραις. Καὶ μετὰ ταῦτα τῆς φυλακ
βαλὼν, καὶ ἐνώπιον αὐτοῦ ἀγαγών, κατ
ἀρνήσασθαι τὸν Χριστόν. Μὴ πειθομένους δὲ
μὲν σίναπι μετὰ ὄξους τοῖς μυκτῆρσιν αὐτ
λεν· ἔπειτα γυμνῶν αὐτοὺς, καὶ κρεμῶν ἐπ
κατὰ νύκτα, ἐτιμώρει τῷ κρύει. Καὶ ἐπὶ τρ
κρεμωμένους γυμνοὺς ἔτυπτε ῥάβδοις, κ
ἐνεβλήθησαν εἰς φυλακήν· καὶ τῆς φυλακ
τες ἀπεκεφαλίσθησαν. Κατελθόντος δὲ τ
εἰς τὴν παρακειμένην λίμνην, καὶ τὸ ξίφ
τος, μετεβλήθη τὸ ὕδωρ αὐτῆς εἰς αἷμ
κεσεν ἐπὶ πολύ· εἶτα ἐξηράνθη.

EODEM MENSE.

Die decima quinta

Certamen sancti martyris Sabæ Gotthi

Sabas Christi martyr fuit ex regione Gotthorum, Valentiniano imperatore. Cum autem ab adolescentia Christianus esset, non modo cibos idolis immolatos aversatus est ; sed et alios, qui illos gustare, volebant, ab iis avertit. Pro illis vero eam, quæ in Christum est, fidem proponens, multos a se conversos baptizavit. Insurgentes proinde in eum idololatræ, vi ipsum ex civitate expulerunt. Post aliquod tempus cum Athanaricus Gotthorum princeps persecutionem adversus Christianos excitasset, comprehensus fuit ipse Sabas, ac virgis cæsus. Deinde currus axi alligatus, ad domus trabem suspensus fuit. Cumque cibos idolis immolatos gustare recusasset, ad flumen adductus, grandi ligno ad collum alligato, in illud projectus demersusque fuit, cum suæ ætatis, annum ageret trigesimum primum : atque ita alacriter ad Christum migravit.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ

ΙΕ'

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Σάβα τοῦ Γ

Σάβας ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, ἦν μὲ
βασιλείας Οὐαλεντινιανοῦ, ἐκ τῆς Χώρας
θων· ἐκ παιδόθεν δὲ Χριστιανὸς ὤν, α
ἀπετρέφετο τὰ εἰδωλόθυτα βρώματα, ἀλλ
βουλομένους αὐτῶν ἀπογεύεσθαι διεκώ
δὲ αὐτῶν τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν π
πολλοὺς ἐπιστρέφων ἐβάπτιζεν. Ἐπ
αὐτῷ οἱ εἰδωλολάτραι, βίᾳ τῆς πόλεως ἐ
Μετὰ δὲ Χρόνον τινὰ, Ἀθαναρίχου τοῦ ἄρχ
Γότθων διωγμὸν κινήσαντος κατὰ τῶν Χρ
κρατηθεὶς ἐτύφθη. Εἶτα ἐν τῷ τῆς ἁμάξ
προσδεθεὶς, ἐπὶ τὴν δοκὸν τῆς οἰκίας ἐκ
Καὶ ἀπογεύσασθαι τῶν εἰδωλοθύτων μὴ π
ἤχθη ἐπὶ τὸν ποταμόν. Καὶ προσδεθεὶς ξύλῳ μ
ἀπὸ τοῦ τραχήλου, καὶ ῥιφεὶς, ἐν αὐτῷ ἐπ
χρόνων ὑπάρχων τριάκοντα καὶ ἑνός· κ
προθύμως ἀνέδραμε πρὸς Χριστόν.

17 *Et certamen sanctorum apostolorum ex Septuaginta, Aristarchi, Padæ, et Trophini.*

Hi tres sancti Christi apostoli Aristarchus, Pudes ac Trophimus, cum essent ex septuaginta apostolis, secuti sunt magnum apostolum Paulum, prædicantes etiam ipsi Christum, ac verbum veritatis edocentes : una cum ipsorum magistro iisdem ærumnis affecti, ejusque in omnibus persecutionibus consortes. Demum Romæ post illius mortem,

Καὶ ἄθλησις τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἐκ τῶν
Ἀριστάρχου, Πούδη, καὶ Τροφίμου.

Οἱ τρεῖς οὗτοι ἅγιοι ἀπόστολοι τοῦ Χριστοῦ
σταρχος, Πούδης καὶ Τρόφιμος, ἐκ τῶν ο
κοντα ἀποστόλων ὑπάρχοντες, ἠκολούθουν τ
γάλῳ ἀποστόλῳ Παύλῳ, κηρύττοντες καὶ αὐτ
Χριστὸν, καὶ τὸν λόγον τῆς ἀληθείας διδάσ
καὶ συγκακοπαθοῦντες τῷ διδασκάλῳ ἐν πά
διωγμοῖς αὐτοῦ· καὶ τέλος ἐν Ῥώμῃ μετ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

εἴνου θάνατον, καὶ τὴν πρὸς Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν A et ad Jesum Christum Deminum nostrum ex hac
ιστὸν ἐκδημίαν, καὶ αὐτοὶ τὰς ἱερὰς αὐτῶν κε- vita transitum, etiam ipsi,jussu dementis Neronis
λὰς ὑπὸ Νέρωνος τοῦ παράφρονος ἀπετμήθησαν. sacris capitibus obtruncati fuerunt. Hæc autem
ῦτα γὰρ ὁ τρισμακάριος καὶ πανόλβιος Δωρόθεος omnia sanctissimus, ac beatissimus vir Dorotheus
Ῥώμῃ γεγονὼς, διὰ Ῥωμαϊκῆς διαλέκτου ἐν Romæ natus,Romano idiomate in suis commenta-
πομνήσεσι καταλέλοιπε· καὶ οὐ μόνον περὶ τούτων, riis scripta reliquit : nec modo de his,sed etiam de
λὰ καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων, καὶ ἄλλων reliquis apostolis, et aliis pluribus sanctis, simul-
λλῶν ἁγίων, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ἱερῶν προφητῶν que de sacris prophetis historiam conscripsit. Hic
ὁρησεν· ἐγένετο γὰρ ὁ ἅγιος διʼ εὐφυΐαν πολλὴν siquidem sanctus ob multam ingenii sui felicitatem
λυμαθὴς, καὶ πολυΐστωρ, ὡς ἄλλος τις. multiplici doctrina et eruditione quibusvis longe
præstitit.

Καὶ ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων γυναικῶν, Βα- *Et certamen sanctarum martyrum mulierum Ba-*
σιλίσσης, καὶ Ἀναστασίας. *silissæ, et Anastasiæ.*

Βασίλισσα καὶ Ἀναστασία, αἱ τοῦ Χριστοῦ μάρ- Basilissa, et Anastasia Christi martyres fuerunt
ρες, ὑπῆρχον μὲν ἀπὸ τῆς μεγάλης πόλεως Ῥώ- ex magna urbe Roma,nobiles ad divites,et sancto-
ης, εὐγενεῖς, καὶ πλούσιαι, μαθήτριαι δὲ τῶν ἁγίων B rum apostolorum discipulæ.Post horum vero mor-
οστόλων. Μετὰ δὲ τελευτὴν τούτων, τὰ τίμια αὐ- tem,cum venerandas eorum reliquias nocte sustu-
ν λείψανα ἀνελόμεναι νυκτὸς καὶ κηδεύσασαι, lissent, atque curassent, detectæ fuerunt, et tan-
γνώσθησαν, καὶ κατεμηνύθησαν καὶ αὗται τῷ quam Christianæ denuntiatæ impio et dementi
σεβεῖ, καὶ παράφρονι Νέρωνι, ὡς Χριστιαναί. Neroni : qui illico eas comprehendi, et catenis
δὲ παραυτίκα ἀποστείλας ἐκράτησεν αὐτὰς, καὶ vinctas coram se adduci mandavit,easque impulit
αγεν ἐνώπιον αὐτοῦ δεδεμένας ἀλύσεσι, καὶ κα- Christum abnegare.At cum id ipsis persuadere non
νάγκασεν ἀρνήσασθαι τὸν Χριστόν. Μὴ πείσας δὲ valuisset, præcepit, ut in carcerem detruderentur.
τὰς, τότε μὲν ἀπέκλεισεν εἰς φυλακήν· ὕστερον Postea vero e carcere eductas, multiplicibus tor-
φυλακῆς ἐκβαλὼν, ἐτιμωρήσατο αὐτὰς διαφόρως. mentis excruciavit. Nam primum earum ubera ex-
εἰ γὰρ τοὺς μαστοὺς αὐτῶν ἐξέτεμε, καὶ τὰς scindi et linguas amputari : deinde suspensas di-
ώσσας ἀπέκοψε, καὶ κρεμάσας ἔξεσε, καὶ λαμπάσι laniari, et facibus aduri : ac demum veneranda
τέφλεξε, καὶ τέλος μαχαίραις τὰς τιμίας αὐτῶν earum capita ensibus obtruncari jussit.
ἔτεμε κεφαλάς.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ. EODEM MENSE.

Ις'. C Die decima sexta.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Λεονίδου, καὶ τῆς **58** *Certamen sancti martyris Leonidis, et sociorum*
συνοδίας αὐτοῦ. *ejus.*

Οὗτοι οἱ ἅγιοι ὑπῆρχον ἐκ τῆς χώρας Ἑλλάδος· Hi sancti martyres ex Græciæ regione fuerunt.
ὁ μὲν Λεονίδης ἐν τῇ ἑορτῇ τῆς Ἀναστάσεως τοῦ Ac Leonides quidem cum in festo Resurrectionis
ρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μετὰ πολλοῦ λαοῦ Domini nostri Jesu Christi coram frequenti populo
ἄλλων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἑορτάζων, ἐκρατήθη in ecclesia psalleret, festumque ageret, compre-
ὸ τῶν εἰδωλολατρῶν, καὶ δεθεὶς ἦχθη εἰς Κόριν- hensus fuit ab idololatris, et vinctus Corinthum
ν. Οἱ δὲ λοιποὶ ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες, ἄλλος adductus. Reliqui vero viri ac mulieres,qui ex di-
λαχόθεν ὄντες, παρέστησαν τῷ τῆς χώρας ἄρ- versis locis erant,provinciæ præsidi oblati fuerunt.
οντι· συλληφθέντες καὶ αὐτοὶ δέσμιοι, συνδεθέντες Qui simul vinculis constricti, et sancto Leonidi
ῷ ἁγίῳ Λεονίδῃ, ἀπεκλείσθησαν εἰς φυλακήν. adjuncti, in carcerem detrusi sunt. Deinde e car-
ἔτα τῆς φυλακῆς ἐκβληθέντες, παρέστησαν πάλιν cere educti, iterum Corinthi præsidi sistuntur.
ῷ τῆς Κορίνθου ἄρχοντι, καὶ κατηναγκάζοντο ἀρ- Cumque ab eo impellerentur Christum negare, et
ήσασθαι μὲν τὸν Χριστὸν, θῦσαι δὲ τοῖς εἰδώλοις. idolis sacrificare, nec ad id induci possent, Leoni-
ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐπείσθησαν, ὁ μὲν Λεονίδης κρεμασθεὶς D des quidem ligno suspensus,crudeliter depexus est,
ἐπὶ ξύλου, ἐξέσθη ἀφειδῶς, καὶ λαμπάσι τὰς πλευ- facibusque in lateribus ustulatus, deinde e ligno
ὰς κατεφλέχθη. Εἶτα τοῦ ξύλου καταβιβασθεὶς, depositus, una cum sanctis sociis suis in profun-
ετὰ τῶν σὺν αὐτῷ ἁγίων τῷ βυθῷ τῆς θαλάσσης dum maris demersus fuit.
περρίφη,

Καὶ ἄθλησις τῆς ἁγίας μάρτυρος Εἰρήνης. *Et certamen sanctæ martyris Irenes.*

Καὶ ἡ ἁγία μάρτυς Εἰρήνη, κατὰ τὸν τοιοῦτον Sancta quoque martyr Irene eodem sancti Pa-
καιρὸν τοῦ ἁγίου Πάσχα, ἐν τῇ αὐτῇ χώρᾳ, ἐν ἰδίῳ schatis tempore, et in eadem regione,cum in pro-
κτηρίῳ, μετὰ τῶν τότε Χριστιανῶν τὸν Θεὸν priæ domus oratorio una cum eis, qui tunc secum
ξολογοῦσα, κατεμηνύθη τῷ ἄρχοντι παρὰ τῶν erant,Christianis Deum glorificaret,ab impiis idolo-
σσεβῶν εἰδωλολατρῶν· καὶ κρατηθεῖσα ἦχθη latris ad præsidem delata est.Comprehensa igitur,
δεμένη, καὶ παρέστη αὐτῷ. Καὶ ἐρωτηθεῖσα, ὡμο- vinculisque constricta, coram ipso sistitur : atque
λόγησε τὸν Χριστὸν παῤῥησίᾳ, Θεὸν αὐτὸν ἀληθινὸν interrogata, confidenti animo Christum confess-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

est, verum Deum ipsum promulgans, totiusque terrarum orbis Dominum, et rerum omnium opificem, servatorem ac redemptorem hominum, atque idolorum eversorem. Idcirco flagellis cæsa, in carcerem conjicitur, præside in publicæ curæ negotiis occupato. Cum autem ei postea ad id otium fuisset, e carcere iterum educta, coram eodem adducitur. Et pluribus quidem vexata, crudeliter torquetur: nam lingua ei exscinditur, et dentes evelluntur, et caput demum gladio amputatur.

A ἀνακηρύξασα, καὶ Κύριον τοῦ παντὸς κόσμου, δημιουργὸν τῶν ἁπάντων σωτῆρα, καὶ λυτρωτὴν τῶν ἀνθρώπων, καὶ καταλύτην τῶν εἰδώλων. Τυφθεῖσα ἀπεκλείσθη εἰς φυλακήν, ἀσχολουμένου ἄρχοντος εἰς δημοσίας φροντίδας. Εὐκαιρήσαντος αὐτοῦ, πάλιν ἐκβληθεῖσα τῆς φυλακῆς, παρίσταται αὐτῷ. Καὶ ἀναγκασθεῖσα, ἐβασανίσθη ἰσχυρῶς· γὰρ τὴν γλῶτταν ἐξεκόπη, καὶ τοὺς ὀδόντας ἐξεσύρθη, καὶ τέλον ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη.

59 *Et certamen sancti martyris Adriani.*

Καὶ ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀδριανοῦ.

Adrianus quoque Christi martyr ex illis fuit, qui eo tempore comprehensi, in diversos carceres detrusi fuerunt: Eductus autem e carcere, cum sacrificium falsis diis fieret, Græcique omnes errore abducti sacrificarent, etiam ipse ad aram accedere cogitur, ac thura adolere. Verum non modo id facere recusavit; sed cum strenuus esset ac generosus, in aram insiluit, eamque evertit, et impositas super illa victimas disjecit, ignemque dispersit. Cum proinde præsidem in iram excitasset, et idololatrarum, qui ibi aderant, animum accendisset, comprehensus, crudeliter cæsus fuit: alius siquidem virga ipsum percussit, alius lapide os ejus contrivit, alius ipsum in capite cecidit. Demum in succensam ardentem fornacem eum injecerunt. Atque ita suam sanctam animam Domino tradidit.

B Καὶ ὁ μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Ἀδριανὸς ἐν τῷ τότε κρατηθέντων, καὶ διαφόροις φυλακαῖς παραπεμφθέντων· καὶ ἐκβληθεὶς τῆς φυλακῆς, ἐπιτελουμένης τοῖς ψευδωνύμοις θεοῖς, καὶ πάντων πεπλανημένων Ἑλλήνων θυόντων, ἠναγκάσθη καὶ αὐτὸς τῷ βωμῷ προσελθεῖν, καὶ λιβανωτὸν θῦσαι. Αὐτὸς δὲ οὐ μόνον οὐκ ἐπείσθη τοῦτο ποιῆσαι, ἀλλ' ἀνδρεῖος ὤν, καὶ γενναῖος, ὁραμὼν ἐπὶ τὸν βωμὸν, καὶ τὰς ἐπικειμένας ἐπ' αὐτῷ θυσίας, καὶ τὸ πῦρ διεσκόρπισεν· εἰς ὀργὴν οὖν κινήσας τὸν ἄρχοντα, καὶ τῶν παρεστώτων εἰδωλολατρῶν τὸν θυμὸν ἀνάψας τὸ πῦρ, κρατηθεὶς ἐμαστίζετο ἐκ τούτου· μὲν γὰρ ῥάβδῳ ἔκλεττεν αὐτὸν, ὁ δὲ λίθῳ τὸ πρόσωπον συνέτριψεν, ἄλλος κατὰ κεφαλῆς ἔτυπτε. Τέλος δὲ ἀνάψαντες κάμινον μεγάλην, ἐνέβαλον αὐτὸν· καὶ οὕτω παρέδωκε τὴν ἁγίαν αὐτοῦ ψυχὴν τῷ Κυρίῳ.

EODEM MENSE.

Die decima septima

Certamen sancti martyris Ardalionis.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΙΖ'.

C

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀρδαλίωνος.

Fuit hic, imperante Maximiano, mimicam artem exercens. Placuit autem ei, inter alios scenicos ludos, hunc etiam exhibere. Finxit se martyrem esse pro Christo decertantem. Cumque in scena ab eo, qui personam tyranni repræsentabant, suspenderetur ac depecteretur, ipsique a spectatoribus, ejus constantiam collaudantibus, plauderetur, voce magna exclamavit, et silentio indicto conversus ad populum dixit: Ne arbitremini me ludicra agere, sed in veritate pro Christiano me habete: ego enim Christianus sum. Tunc præses facie immutatus, primum quidem ipsum hortatus est, ut sententiam mutaret, ne turpem mortem obiret. Cum vero ille non assentiretur, sed in Christi fide usque ad obitum perstare se velle affirmaret, ingenti lignorum strue accensa, in illius medium injectus, hujusce vitæ finem lætus accepit, tempestivum vulnus diabolo inferens.

Οὗτος ἐπὶ τῆς βασιλείας ἦν Μαξιμιανοῦ· μιμολόγων ποιῶν· ἔδοξεν οὖν αὐτῷ, μεταξὺ κατηγνίων, καὶ τοῦτο ποιῆσαι. Ἐσκευάσατο μάρτυρα, ἀγωνιζόμενον ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ· μασθεὶς δὲ παρὰ τοῦ δήθεν τυράννου, ἐφ' οὗ ἐπ' αὐτὸν κρότος παρὰ τῶν θεατῶν νούντων αὐτοῦ τὴν καρτερίαν, ἀνέκραξε μεγάλῃ γενέσθαι παρασκευάσας, εἶπε πρὸς τὸ μὴ νομίζητέ με καίγνιον ποιοῦντα· ἀληθείᾳ Χριστιανὸν ὑπολαμβάνετε. Ἐγώ εἰμι Χριστιανός. Τότε ὁ ἄρχων ἀλλοιωθεὶς τὸ πρῶτον μὲν παρῄνεσεν αὐτῷ μετανοῆσαι· καὶ μὴ κακῶς ἀποθανεῖν· ὁ δὲ μὴ πεισθεὶς ἐμμεῖναι τῇ εἰς Χριστὸν πίστει μέχρι θανάτου, ἀρᾶς ἀνεφείσης μεγάλης, ἐν μέσῳ βληθεὶς τῆς παρούσης ζωῆς χαίρων ἐξέστη, καιρίαν διαβόλῳ πληγήν.

60 *Et memoria sancti Patris nostri Agapeti papæ Romæ.*

Καὶ μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀγαπητοῦ πάπα Ῥώμης.

Sanctus Pater noster Agapetus, Justiniano imperante, in vetere Roma natus, propter religiosas exercitationes et reliquas virtutes ad summi pontificatus dignitatem ascendit. Fuit autem et variis miraculis clarus. Cum enim aliquando ex [illegible], Constantinopolim navigaret,

Ἀγαπητὸς ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν, ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ, ἐκ τῆς παλαιᾶς Ῥώμης· δὲ ἀσκήσεως δὲ καὶ λοιπῆς ἀρετῆς εἰς τὸν ἀρχιερωσύνης προῆλθεν ἀξίωμα. Τερατουργός. Ἐξελθὼν γάρ ποτε ἐκ τῆς καὶ πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν πλέων

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ἐν τὸν βασιλέα, κατὰ τὴν Ἑλλάδα γενόμενος, καὶ ρὼν ἄνθρωπον, ἄλαλον ὄντα καὶ ἀκίνητον, κρασας τῆς χειρὸς, ὑγιῆ ἐποίησεν. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ ουσίᾳ γενόμενος πόρτῃ, καὶ ἐντυχὼν τυφλῷ καθεμένῳ, ἐπιβαλὼν αὐτῷ τὴν χεῖρα, τοῦ βλέπειν ἀρίσατο. Οὕτω δὲ γέγονεν αἰδέσιμος τῷ βασιλεῖ, ὡ τῇ συγκλήτῳ, ὡς καὶ Ἀνθιμον τὸν Τραπεζοῦντος πίσκοπον, κακῶς ἐπιβάντα τῷ θρόνῳ Κωνσταντιουπόλεως, καὶ τὴν αἵρεσιν ἔχοντα τοῦ Εὐτυχοῦς, διῶξαι, καὶ ἀντ' ἐκείνου χειροτονῆσαι τὸν ἁγιώτον Μηνᾶν. Εἶτα νοσήσας ἐτελεύτησεν, καὶ ἐτέθη τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων.

A ac in Græciam venisset, ibique hominem quemdam mutum et præ infirmitate immobilem invenisset, manu apprehensum, incolumem reddidit. Deinde cum Auream portam subiret, et in cæcum quemdam ibi sedentem incidisset, manu ei imposita, visum ipsi restituit. Unde apud imperatorem et senatum adeo venerabilis fuit, ut et Anthimum Trapezuntis episcopum. Constantinopolitano throno incubantem, ac Eutychiana hæresi imbutum ejecerit, et illius loco sanctissimum Menam ordinaverit. Posthæc infirmitate correptus, ex ac vita decessit, et in templo sanctorum Apostolorum sepultus fuit.

Καὶ μνημη τῆς ἁγίας Ἀνθούσης.

Ἡ ὁσία Ἀνθοῦσα γέγονε μὲν θυγάτηρ Κωνσταν- ου τοῦ Καβαλλίνου· ὑπ' ἐκείνου δὲ ἀναγκασθεῖσα B ζευχθῆναι ἀνδρὶ, οὐκ ἐπείσθη· ἀλλὰ μετὰ τελευν αὐτοῦ εὑροῦσα ἄδειαν, πάντα τὸν πλοῦτον τῆς διεσκόρπισεν, τὸν μὲν δοῦσα τοῖς πτωχοῖς, δὲ παρασχοῦσα εἰς ἐκκλησιῶν καὶ μοναστηρίων οδομὰς, τὸν δὲ εἰς ἀγορὰν αἰχμαλώτων, τὰ δὲ υσᾶ ἱμάτια αὐτῆς εἰς καλλωπισμὸν τῶν ἐκκλη- ν. Γέγονε δὲ καὶ πολλῶν ὀρφανῶν μήτηρ· καὶ τὰ ῥιπτούμενα παιδία συνάγουσα, ἀνέτρεφε καὶ ίδευε· καὶ τὰ μὲν τῷ Θεῷ παρέπεμπεν τελευαντα, τὰ δὲ ζῶντα εἰς γηροκομεῖα κατέτατε. λλάκις δὲ παρακαλουμένη παρὰ τῆς εὐσεβεστάτης ρήνης, καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς Κωνσταντίνου, συμιλεύειν αὐτοῖς, οὐκ ἐπείσθη· ἀλλὰ γενομένη ναχὴ παρὰ τοῦ ἁγίου Ταρασίου, ἐν τῇ μονῇ τῆς ενίας, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

Et memoria sanctæ Anthusæ.

Sancta Anthusa filia fuit Constantini Caballini, a quo jussa cuidam viro nubere, non assensit. Verum post illius obitum libertatem adepta, suas omnes divitias distribuit: alias siquidem pauperibus dispersit, alias in ecclesiarum cœnobiorumque constructionem impendit. alias in captivorum redemtionem erogavit, vestes vero aureas, quas ipsa habebat, in ecclesiarum ornamentum convertit. Fuit insuper plurium orphanorum mater: projectos enim infantes colligens, eos educabat et instruebat; ac illos quidem, qui moriebantur, Deo commendabat; eos vero, qui vivebant, in senum hospicio collocabat. Sæpius autem vocata a religiosissima Irene, ejusque filio Constantino, ut una cum ipsis imperaret, constanter recusavit. Demum sanctimonialis facta a sancto Tarasio, in monasterio Eumeniæ migravit ad Dominum,

C

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΙΗ'

EODEM MENSE.

Die decima octava

Μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις Κοσμᾶ τοῦ ὁμολογητοῦ.

61 *Memoria sancti Cosmæ confessoris.*

Κοσμᾶς ὁ ἁγιώτατος ἱεράρχης καὶ ὁμολογητὴς Χριστοῦ, γέγονε μὲν ἐκ Κωνσταντινουπόλεως· βρέφους δὲ τὸν Θεὸν ἀγαπήσας, ἀφῆκε τὸν μον, καὶ ἀπελθὼν ἐγένετο μοναχός. Καὶ δι' ήσεως καὶ λοιπῆς ἀρετῆς ἑαυτὸν ἐκκαθάρας, καὶ οῦ γενόμενος κατοικητήριον, ἐχειροτονήθη Χαλκηος ἐπίσκοπος, κατὰ τὸν καιρὸν τῶν δυσσεβῶν ονομάχων, ὅθεν καὶ πολλοὺς ἀγῶνας ἐνεδείξατο ὲρ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. Ἀναγκαζόμενος γὰρ ὸ τῶν κρατούντων ἀρνήσασθαι τὴν προσκύνησιν ν ἁγίων καὶ σεπτῶν, εἰκόνων, καὶ μὴ πειθόμενος, ωρίζετο, καὶ πλείστους ὑπέμεινε πειρασμούς. ἰ πάλιν ἀνακαλούμενος, καὶ βιαζόμενος συνθαι τῇ αἱρέσει αὐτῶν, καὶ μηδὲ ἀνεχόμενος αὐν ἀκοῦσαι, μυρίαις συμφοραῖς περιέπιπτεν, ἅμα ὁσίῳ Ἀξεντίῳ, μεθ' οὗ καὶ ἠγωνίζετο· καὶ τω πειραζόμενος, καὶ νικῶν πρὸς Κύριον ἐξεδήησεν.

Cosmas sanctissimus pontifex et Christi confessor ex urbe Constantinopolitana ortum duxit. Ab ineunte vero ætate Deum amore prosecutus, mundum reliquit, et abiens monachus factus est. Cumque seipsum religiosis exercitationibus ac reliquis virtutibus expurgasset, Deique domicilium evasisset, Chacedonensis episcopus ordinatus fuit, impiorum iconomachorum tempore. Idcirco propter orthodoxam fidem plura sustinuit certamina. Impulsus enim ab iis, qui tunc rerum potiebantur, abnegare cultum sacrarum et venerabilium imaginum, cum ad id induci nequiret, in exsilium ejectus fuit, et plurimas pertulit calamitates. Sed ab exsilio revocatus, et compulsus eorum hæresi consentire, cum ipsos neque audire vellet, multiplicibus ærumnis subjectus fuit una cum sancto Auxentio, cum quo eadem subivit certamina. Atque ita tentatus ac triumphans, migravit ad Dominum.

Καὶ μνήμη τοῦ ὁσίου Ἰωάννου μαθητοῦ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Δεκαπολίτου.

Et memoria sancti Joannis discipuli sancti Gregorii Decapolitæ.

Ἰωάννης ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν, ἐξ ἁπαλῶν χων τὸν κόσμον μισήσας. καὶ Χριστὸν ἀγαπήσας, ἀπελθὼν πρὸς τὸν μέγαν Γρηγόριον τὸν Δε-

Sanctus Pater noster Jannes a teneris unguiculis mundum odio habuit: et Christum amore complexus, ad magnum Gregorium Decapolitam accer

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

sit, et ab eo monachus factus, exinde una cum ipso vitæ certamina sustinuit, in omnibus Deo inserviens. Usquo adeo autem in obedientia celebris, in subjectione obsequens, et ad ministeria quæcunque paratissimus fuit, ut magnus Gregorius de ipso maxime gauderet, Deumque glorificaret. Post mortem vero sancti Gregorii ipsiusque ad Deum transitum, abiit in regionem longinquam et incognitam, qui et Dominus peregrinum egerat, atque apud extraneos furat natus, et multa sustinuit. Eeinde sacra loca petens, in beati Charitonis lauram se recepit, ibique seipsum pluribus virtutis exercitationibus addixit. Atque ita cum recte vixisset, in pace ad Deum pacis, quem impense amaverat, emigravit.

A καπολίτην, καὶ γενόμενος ὑπ' ἐκείνου μοναχὸς, λοιποῦ συνῆν αὐτῷ ἀγωνιζόμενος, καὶ ὑπ Θεὸν θεραπεύων. Οὕτω δὲ γέγονεν εἰς ὑπακοὴν ριβόητος, καὶ εἰς ὑποταγὴν πειθήνιος, καὶ ὑπ τατος θεραπευτὴς, ὡς καὶ τὸν μέγαν Γρηγόριον αὐτῷ χαίρειν, καὶ τὸν Θεὸν δοξάζειν. Μετὰ τελείωσιν τοῦ ἁγίου Γρηγορίου, καὶ τὴν πρὸ αὐτοῦ ἐκδημίαν, ἀπῆλθεν εἰς χώραν ξένην ἄγνωστον, διὰ τὸν ξενιτεύσαντα Κύριον, ξένοις τεχθέντα, καὶ ἠγωνίζετο. Εἶτα κατὰ τοὺς ἁγίους τόπους, ἀπῆλθεν εἰς τὴν τοῦ μ Χαρίτωνος λαῦραν, καὶ ἐπέδωκεν ἑαυτὸν εἰς ἀγῶνας ἀρετῆς. Καὶ οὕτω καλῶς βιώσας, πρὸς τὸν τῆς εἰρήνης, ὃν ὁλικῶς ἠγάπησε Θεόν.

02 *Et certamen sancti martyris Victoris, et sociorum ejus.*

Eo tempore, quo impius imperator Diocletianus maximam illam et horribilem persecutionem adversus Christianos excitavit, et comprehensus sanctus multorumque certaminum Christi martyr Georgius multiplicibus subjectus fuit tormentis, ipsosque inter cruciatus longe admirabilia humanisque viribus majora edidit prodigia ; multi ea miracula videntes, in Dominum crediderunt : et ex his alii quidem illico capite obtruncati sunt, vel igne cremati ; alii vero in carceres detrusi, ut postea torquerentur. Inter hos fuerunt sancti isti Christi martyres Victor, Acindynus, Zoticus, Zenon et Severianus : qui cum sanctum Georgium rotæ alligatum, nec ullo modo læsum vidissent, Christi fidem amplexi sunt Excandescens itaque Dioletianus primum illos diversis suppliciis torqueri jubet : cumque idolis sacrificare recusassent, decollati sunt.

B Καὶ ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Βίκτωρος συνοδίας αὐτοῦ.

Κατὰ τὸν καιρὸν, ὅτε Διοκλητιανὸς ὁ βασιλεὺς τὸν μέγαν ἐκεῖνον καὶ διωγμὸν κατὰ τῶν Χριστιανῶν ἐκίνησε, θεὶς ὁ ἅγιος καὶ πολύαθλος μάρτυς τοῦ Γεώργιος ἐβασανίζετο, καὶ βασανιζόμενος τούργει τὰς παραδόξους ἐκείνας καὶ θαυματουργίας, πολλοὶ ἐπίστευον ἐπὶ τὰ θαύματα βλέποντες. Καὶ οἱ μὲν κεφαλίζοντο, ἢ ἐκαίοντο, οἱ δὲ φυλακὴν ποντο ἐπὶ τὸ τιμωρηθῆναι ὕστερον· ἐξ οὗτοι οἱ ἅγιοι τοῦ Χριστοῦ μάρτυρες, Σ δονος, Ζωτικὸς, Ζήνων, καὶ Σεβηριαν ἰδόντες τὸν ἅγιον Γεώργιον προσδεθέντα καὶ μηδὲν ἀδικηθέντα, ἐπίστευσαν τῷ Χ C ὁρισθέντος Διοκλητιανοῦ, ἐτιμωρήθησαν πρότερον. καὶ μὴ πεισθέντες θῦσαι ἀπεκεφαλίσθησαν.

Et memoria sancti Georgii confessoris.

Sanctus quoque confessor Christi Georgius temporibus iconomachorum claruit. Et primum quidem ab infantia Deum amore prosecutus, et monachus factus propter multos labores, et certamina, quæ sustinuit, Spiritus sancti templum evasit. Deinde episcopus Antiochiæ ordinatus, creditum sibi gregem recte gubernavit. Posthæc malo diaboli consilio hæresis iconomachorum emersit, et omnes episcopi per epistolas ab imperatore convocati fuerunt, ut quamprimum Constantinopolim advenii rent. Accessit proinde et ipse, regibus obedire studens, juxta sancti Pauli præceptum. At jussus sacrarum imaginum cultum abjurare, cum non assensisset, in exsilium pulsus est, in quo plurimis pro orthodoxa fide æruminis toleratis, in pace quievit.

Καὶ μνήμη τοῦ ὁσίου Γεωργίου τ γητοῦ.

Καὶ ὁ ὅσιος Γεώργιος ὁ ὁμολογητὴς τ ἐπὶ τῷ χρόνῳ ἦν τῶν εἰκονομάχων, βρέφους τὸν Θεὸν ἀγαπήσας, καὶ μοναχὸς καὶ διὰ πόνων, καὶ ἀγώνων πολλῶν, ναὸς Πνεύματος γενόμενος. Εἶτα καὶ ἐπίσκοπ νηθεὶς Ἀντιοχείας, καὶ καλῶς ἰθύνας τὸ αὐτῷ ποίμνιον, ἐπεὶ δὲ τῇ τοῦ διαβόλ συμβουλῇ, ἡ τῶν Εἰκονομάχων αἵρεσις κάντες οἱ ἐπίσκοποι ὑπὸ τοῦ βασιλέως D τῶν παρεκελεύοντο διὰ τάχους τὴν πολιν καταλαβεῖν, παρεγένετο καὶ βασιλεῦσιν ὑποτάσσεσθαι, κατὰ τὴν τοῦ λου ἐντολήν· καὶ ἀνηχηθεὶς ἀρνήσασθ ἁγίων εἰκόνων προσκύνησιν, καὶ μὴ ἐξωρίσθη· καὶ ἐν τῇ ἐξορίᾳ πολλοὺς ὑπομείνας ὑπὲρ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, ἀνεπαύσατο.

EODEM MENSE.
Die decima nona

03 *Certamen sancti martyris Christophori, et sociorum ejus.*

Hi quoque tres eadem die, qua variis tormentis

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ
ΙΘ'

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Χριστοφόρου, σὺν αὐτῷ.

Καὶ οὗτοι οἱ τρεῖς κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέρ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μεγαλομάρτυρ Γεώργιος ἐβασανίζετο, παρίσταντο τῷ βασιλεῖ, δορυφόροι ὄντες· καὶ ἰδόντες τὰ θαύματα, βίψαντες οὐ μόνον τὰ ὅπλα, ἀλλὰ καὶ τὰς ζώνας αὐτῶν, ἐστάθησαν ἔμπροσθεν αὐτοῦ, καὶ ὡμολόγησαν τὸν Χριστόν. Καὶ κρατηθέντες, καὶ λύσεσι δεθέντες, ἀπεκλείσθησαν εἰς φυλακήν· καὶ πρὶ τῇ αὔριον τῆς φυλακῆς ἐξελθόντες, ἤχθησαν ἔσμιοι, καὶ παρέστησαν ἐνώπιον αὐτοῦ· καὶ κατηγκάσθησαν πρῶτον μὲν διὰ τῶν ἀπειλῶν ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν· ἔπειτα δὲ διὰ μετρίων βασάνων. ς δὲ τὴν γνώμην εἶχον ἀμετάθετον πρὸς Χριστὸν, ρεμασθέντες ἐξέσθησαν, καὶ τὰς πλευρὰς λαμπάσι πτεφλέχθησαν· εἶτα εἰς φυλακὴν κατεκλείσθησαν. αὶ μετὰ ταῦτα τῆς φυλακῆς ἐκβληθέντες, πάλιν ναγκάσθησαν ἀρνήσασθαι μὲν τὸν Χριστὸν, θῦσαι ι τοῖς εἰδώλοις. Καὶ μὴ πεισθέντες πυρὶ ἐτελειώ- ησαν.

A cruciatus fuit magnus Christi martyr Georgius astabant imperatori, hastas ferentes. At cum prodigia illa vidissent, non modo armis, sed et cingulis suis projectis, ante ipsum imperatorem stetere, Christum profitentes. Comprehensi proinde, et catenis constricti, in carcerem detrusi fuerunt. Sequenti vero die e carcere educti, et vinculis onusti coram eodem imperatore constituti sunt: ac primum quidem minis, deinde etiam mitioribus tormentis Christum deserere compulsi sunt. Sed cum immutabili in Christum animo persisterent, suspensi depexique fuerunt, facibusque in lateribus ustulati, ac deinde in carcerem iterum conjecti. Posthæc e carcere educti, denuo Christum abnegare, et idolis sacrificare jussi sunt. Nolentes autem B obtemperare, in ignem injecti, finem vivendi fecerunt.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
Κ'

Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου τοῦ Τριχινᾶ.

Θεόδωρος ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν, ὁ ἐπικληθεὶς ριχινᾶς, ἦν Κωνσταντινουπόλεως καὶ γέννημα καὶ ρέμμα. Πλουσίων δὲ γονέων ὑπάρχων υἱὸς, κατέπε καὶ γονεῖς καὶ πλοῦτον καὶ δόξαν, καὶ ἀπελθὼν τῇ μονῇ τῇ δι' αὐτὸν καλουμένῃ Τριχινᾶ, ἐγένετο ναχός· καὶ τοσαύτῃ σκληραγωγίᾳ ἑαυτὸν ὑπέβα- ν, ὥστε νεκρὸς φαίνεσθαι τοῖς πᾶσι· δι' ὅλης γὰρ κτὸς καὶ ἡμέρας τῷ κρύει, καὶ τῷ παγετῷ προσ- ιλαίων, ἵστατο προσευχόμενος, ἓν μόνον ἱμά- ον περιβεβλημένος, κακεῖνο τρίχινον, καὶ ἀδρόν· ὲ τοῦτο γὰρ καὶ Τριχινᾶς ἐπωνομάσθη. Ἦν δὲ καὶ υπόδετος, καὶ τὴν κεφαλὴν εἶχεν ἀπερικάλυπτον, ἱ ἄσκεπον· ὅθεν καὶ κατὰ δαιμόνων λαβὼν ἐξου- ν, πολλὰ θαύματα ἐποίησε, καὶ τέλει βίου χρη- μενος τοῦ θαυματουργεῖν οὐκ ἐπαύσατο, ἀλλὰ ρέχει ἰάματα πᾶσι τοῖς προσερχομένοις αὐτῷ. st suæ vitæ finem prodigia edere non cessavit, sed adhuc curationes præbet omnibus ad ipsum accentibus.

Sanctus Pater noster Theodorus, cognomento Trichinas, hoc est, Pilosus, Constantinopoli natus et educatus fuit. Cum autem divitum parentum filius esset, illos una cum divitiis et gloria relinquens, in monasterium se recepit, quod ab ipso Trichinæ nomen habuit, ibique monasticam vitam suscepit. Austeritati vero usque adeo se ipsum addixit, ut prope mortuus cunctis videretur. Cunctas enim noctes diesque frigori et glaciei obluctando, standoque inter preces transigebat, unica veste in- C dutus, eaque rustica, et ex pilis contexta: atque idcirco Trichinas, id est Pilosus, vocatus fuit. Nudis insuper pedibus absque calceis incedebat, neque caput ullo tegumento opertum habebat. Quapropter etiam in dæmones potestatem accepit, et plurima patravit miracula; imo etiam

ἰ μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀναστασίου τοῦ Σινᾶ ὄρους.

Ἀναστάσιος, ὁ Θεοφόρος Πατὴρ ἡμῶν, καταλιπὼν σμαν, καὶ τὰ ἐν κόσμῳ, καὶ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ λαβὼν, κατὰ τὴν ἐντολὴν τὴν ἐν τῷ ἱερῷ Εὐαγγε- ρ ἠκολούθησε προθύμως τῷ Χριστῷ, καὶ ἀπελθὼν ίνετο μοναχὸς ἐν μοναστηρίῳ. Ἐπιθυμῶν δὲ μει νων ἀγώνων, καὶ πλείονος ἀρετῆς, παρεγένετο εἰς ιροσόλυμα, καὶ προσκυνήσας εἰς τοὺς ἁγίους, καὶ βασμίους τόπους, ἀπῆλθεν εἰς τὸ Σινᾶ ὄρος· καὶ ρὼν ἐκεῖ μοναζόντας ἁγίους, ἔμεινε παρ' ἐκείνοις, τοταττόμενος αὐτοῖς, καὶ δουλεύων προθύμως. ὰ δὲ τὴν τεπεινοφροσύνην αὐτοῦ ἐδέξατο, καὶ ρισμα γνώσεως, καὶ σοφίας πολλῆς. Ἐξ οὗ καὶ ους Πατέρων συνεγράψατο ἁγίων, καὶ ψυχωφελεῖς γους πολλοὺς συνέθηκεν, ἐξ ὧν οἱ πλείους εὑρισκό- νοι, πρόκεινται τοῖς φιλομαθέσιν εἰς σωτηρίαν χῶν καὶ ὠφέλειαν· καὶ μετὰ ταῦτα τῷ Θεῷ ρεστήσας, ἐν εἰρήνῃ ἐτελειώθη.

Et memoria sancti Patris nostri Anastasii Sinaitæ.

Pater noster Anastasius divino Spiritu afflatus, mundum et omnia quæ in eo sunt, relinquens suamque crucem tollens, juxta sacri Evangelii præ- D ceptum, alacri animo secutus est Christum, et abiens ad quoddam monasterium, ibidem factus est monachus. Cupiens autem majora subire certamina et perfectiorem adipisci virtutem, Hierosolyma petiit. Cumque sancta ac veneranda loca adorasset, abiit in montem Sinai: ubi cum sanctos viros invenisset monasticam vitam exercentes, apud ipsos permansit, obediens eis, et prompto animo inserviens. Ob sui vero animi demissionem accepit a Deo donum scientiæ et multiplicis sapientiæ. Unde et sanctorum Patrum vitas conscripsit, et multos ad animarum profectum sermones composuit: quorum plures deinde reperti, discendi studiosis propositi sunt in animarum salutem et utilitatem. Post hæc Deo placens et gratus, in pace decessit

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

DIEM MENSE.
Die vicesima prima

Lectionum sanctæ martyris Alexandræ imheratricis.

Alexandra Christi martyr, uxor fuit Diocletiani imperatoris. Cumque etiam ipsa sanctum Georgium variis tormentis excruciari, hastili scilicet in ventre percussum, nec tamen ullo modo læsum; deinde rotæ ex acutis ferris compositæ alligatum, et funibus desuper immissis vinculis exsolutum: rursum insuper in frusta dissecto, denuo sospitem mansisse, et coram imperatore, qui idolis sacrificaret, intrepide constitentem, tamque mirabili omnium spectaculis plures ad Christi fidem evocantem, quorum aliqui extra civitatem decollati sunt, alii vero in carcerem detrusi. Cum hæc, inquam, Alexandra vanissimi imperii gloriam abjiciens, etiam ipsa in Christum credidit, et coram imperatore se Christianam esse confessa est. Jubente igitur Diocletiano in carcerem conjecta fuit. Deinde vero lata sententia, ut simul Georgius et Alexandra capitibus obtruncarentur, cum id ipsa didicisset, in carcere procumbens ad Deum fundens, animam tradidit.

Et memoria sancti prophetæ Michææ.

Clarissimus ac magnus propheta Michæas, unus ex undecim prophetis, fuit ex tribu Ephraim. Cum autem regem Achab redarguere ob plura ac multiplicia ejus scelera, odio quidem ab eo habitus, sed maxime interfectus est, eo quod rex Deum timeret, ac prophetæ virtutem reveretur. Adhuc tamen meta perexilis, se subdixit, ac diu in monte commoratus est, ne crebro præbens sese regi conspiciendum eumque redarguens, ad suam cædem perpetrandam illius animum excitaret. Post mortem vero Achab, cum ipsius filium Joram ob easdem impietates æque increparet, nec ille propheta correctionem æquo animo perferret comprehensum fuit, et in carcerem detrusus: ubi cum longo temporis intervallo permansisset, ærumnas ac molestias plurimas constanter pertulit. Deinde e carcere eductus, de præruptæ rupe præceps actus est a lictoribus: et cum animam Deo tradidisset, sepultus fuit.

Et memoria sancti Maximiani patriarchæ Constantinopolitani.

Maximianus Christi pontifex ex antiqua Roma oriundus duxit, divitum ac nobilium parentum filius. Cum autem ob negotium quoddam Roma discessisset, Constantinopolim venit: ubi propter suam bonam indolem, et multiplicem doctrinam, nec non exactam vitæ rectitudinem, sanctæ Constantinopolitanæ ecclesiæ presbyter initiatus fuit a Sisinnio celeberrimo patriarcha: cujus probitatem in omnibus plane virtutibus exprimens, in eo instituto perduravit, donec damnatus fuit Nestorius hæreticus, qui sanctissimo Sisinnio successerat. At post ipsius hæretici Nestorii depositionem Maximianus tanquam fidelis et orthodoxus, communi im-

A

MENI TΩ AYTΩ.
ΚΑ'

Ἄθλησις τῆς ἁγίας μάρτυρος Ἀλεξάνδρας τῆς βασιλίσσης.

Ἀλεξάνδρα ἡ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, ἐκ[illegible] Διοκλητιανοῦ τοῦ Βασιλέως, καὶ ἰδοῦσα καὶ αὐτὴ ἅγιον Γεώργιον τιμωρούμενον, μετὰ τοῦ κοντ[illegible] κατὰ τῆς γαστρὸς πληγέντα, καὶ μὴ βλαφέντα, ἐν τροχῷ ὀξέσι σιδήροις διημωμένῳ τρισὶ καὶ κατὰ τοῦ κατωφεροῦς ἀπολυθέντα, καὶ π[illegible] εἰς πολλὰ κατατμηθέντα, καὶ πάλιν ὑγιῆ γενό[illegible] καὶ ἐμφανισθέντα τῷ βασιλεῖ θύοντι τοῖς εἰδ[illegible] καὶ τῷ παραδόξῳ θεάματι πολλοὺς προσαγ[illegible] Χριστῷ πιστεῦσαι, οἵτινες καὶ ἀπεκεφαλίσθη[illegible] τῆς πόλεως, οἱ δὲ καὶ ἐκπλεύσαντες ὁ τύρ[illegible] καταλιπεῖν τὴν δόξαν τῆς βασιλείας, ἐπίστ[illegible] αὐτὴ τῷ Χριστῷ, καὶ ὁμολογήσαν ἐνώπιο[illegible] σιλέως ἑαυτὴν Χριστιανήν. Προστάξει οὖν τ[illegible] κληταινοῦ παρεδόθη τῇ φυλακῇ· καὶ μετ[illegible] γενομένης ἀποφάσεως τοῦ ἀποκεφαλισθῆν[illegible] γιον καὶ Ἀλεξάνδραν, τοῦτο μαθοῦσα, ἐν τῇ [illegible] καὶ τῷ Θεῷ εὐξαμένη, παρέδωκε τὴν ψυχήν.

B

Καὶ μνήμη τοῦ ἁγίου προφήτου Μιχαία.

Ὁ ἔνδοξος καὶ μέγας προφήτης Μιχαίας [illegible] μὲν εἰς τῶν δέκα ἓξ Προφητῶν, ἦν δὲ ἐκ τῆς [illegible] Ἐφραίμ· διελέγχων δὲ τὸν βασιλέα Ἀχαὰβ [illegible] πολλαῖς, καὶ διαφόροις παρανομίαις, ἐμισή[illegible] παρ' αὐτοῦ· οὐκ ἐφονεύετο δέ, φοβουμένου [illegible] καὶ αἰδουμένου τὴν ἀρετὴν τοῦ προφήτου. Ὁ δὲ φοβούμενος ὑπεχώρει, καὶ διέτριβεν ἐπὶ [illegible] τὸ πλεῖστον τοῦ χρόνου, ἵνα μὴ συχνάκις [illegible] ἐμφανιζόμενος, καὶ διελέγχων, πρὸς φόνου [illegible] θυμὸς καθοπλίσῃ. Μετὰ δὲ τελευτὴν Ἀχαὰβ [illegible] τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἰωρὰμ ἐπὶ ταῖς ὁμοίαις πρᾶ[illegible] μὴ ὑπομείναντα τὸν ἔλεγχον, ἁρπασθεὶς [illegible] κλεισθεὶς εἰς φυλακήν, καὶ διαμείνας ἐπὶ [illegible] νον ἐπὶ συχνὸν, ἐταλαιπωρήθη ἱκανῶς. Ἐκ [illegible] φυλακῆς ἐκβληθείς, ἐρρίφη κατὰ τοῦ κρημνοῦ [illegible] τῶν δημίων, καὶ παραδοὺς τὴν ψυχὴν τῷ [illegible] ἐτάφη.

C

Καὶ μνήμη τοῦ ἁγίου Μαξιμιανοῦ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως.

D

Μαξιμιανὸς ὁ τοῦ Χριστοῦ ἱεράρχης, ἦν ἐκ τῆς παλαιᾶς Ῥώμης, υἱὸς πλουσίων καὶ [illegible] γονέων· κατὰ τινα δὲ χρείαν τὴν Ῥώμην [illegible] εἰς Κωνσταντινούπολιν παρεγένετο, καὶ διὰ τ[illegible] καὶ πολυμάθειαν, καὶ τὴν τοῦ βίου κατάστα[illegible] ἀκρίβειαν, πρεσβύτερος ἐχειροτονήθη τῆς ἐν [illegible] σταντινουπόλει ἐκκλησίας ἁγίας παρὰ Σισιννί[illegible] ἀοιδίμου πατριάρχου. Καὶ τὴν δοκιμὴν αὐτ[illegible] πάσαις ἀρεταῖς ἐπιδεικνύμενος διήρκεσε μέχ[illegible] καθαιρέσεως Νεστορίου τοῦ αἱρετικοῦ τοῦ τὸν [illegible] τατον Σισίννιον διαδεξαμένου. Καὶ μετὰ τὴν [illegible] ρεσιν αὐτοῦ τοῦ αἱρετικοῦ Νεστορίου, ψήφ[illegible] βασιλέως, καὶ τοῦ κλήρου, καὶ τοῦ λαοῦ π[illegible]

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

; πιστὸς καὶ ὀρθόδοξος, πατριάρχης προεχειρίσθη
ωνσταντινουπόλεως· καὶ καλῶν καὶ θυσιῶν τὸ
ῦ Χριστοῦ ποίμνιον ποιμάνας, καὶ τὴν ἐκκλησίαν
τὸς σκανδάλων διατηρήσας, καὶ κρατήσας ἔτη
ο, καὶ μῆνας πέντε, ἐν εἰρήνῃ ἀνεπαύσατο.

peratoris, cleri, ac totius populi suffragio, Constantinopolitanus patriarcha electus fuit. Cum vero recte ac religiose gregem Christi gubernasset, et Ecclesiam a scandalis tutam servasset, eique per annos duos, et menses quinque præfuisset, in pace requievit.

κὶ ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἰσαακίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ.

Οἱ τρεῖς οὗτοι ἅγιοι μάρτυρες Ἰσαάκιος, Ἀπολλὼν,
ὶ Κοδρᾶτος, θεράποντες ὑπῆρχον τῆς βασιλίσσης
λεξάνδρας· καὶ ἰδόντες αὐτὴν καταφρονήσασαν
ξης προσκαίρου, καὶ βασιλείας φθαρτῆς, καὶ
ισιλέως θνητοῦ, καὶ προσδραμοῦσαν τῷ Χριστῷ,
ὶ πιστεύσασαν ὡς ἀθανάτῳ καὶ αἰωνίῳ βασιλεῖ,
ὶ δι' αὐτὸν θανοῦσαν, ἐπίστευσαν, καὶ αὐτοὶ τῷ
ριστῷ, καὶ παῤῥησιασάμενοι ἤλεγξαν τὸν βασιλέα,
ιράνομον αὐτὸν εἰπόντες, καὶ ὠμὸν καὶ θηριώδη,
; μηδὲ τὴν οἰκείαν γυναῖκα, μεθ' ἧς ἐτέκνωσεν,
εήσαντα. Τότε ὀργισθεὶς ὁ βασιλεὺς, προσέταξε
ῖς δημίοις κρατῆσαι αὐτοὺς, καὶ τῇ φυλακῇ παρα-
ῦναι. Καὶ τούτου γενομένου, αὐτὸς δι' ὅλης τῆς
κτὸς διελογίζετο, πῶς ἂν διάθοιτο τὰ κατ' αὐτῶν
ργίσθη γὰρ μεγάλως), καὶ τῇ ἐπαύριον ἀγαγὼν
ὐτοὺς ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ καταναγκάσας ἀρνήσασθαι
ν Χριστὸν, καὶ μὴ πείσας, ἀπεκεφάλισεν.

Et certamen sancti martyris Isaacii, et sociorum ejus.

Hi tres sancti martyres Isaacius, Apollo, et Codratus famuli fuerunt Alexandræ imperatricis: quam cum vidissent caduca hujus ævi gloria, corruptibili imperio, et mortali imperatore contemptis, ad Christum accurrere, eique tanquam immortali atque æterno Regi credere, et pro eo mortem subire; etiam ipsi Christi fidem amplexi sunt: et maxima libertate loquentes, imperatorem increparunt, impium crudelem ac ferum ipsum appellantes, quod conjugio sibi junctæ mulieris, ex qua etiam liberos susceperat, misertus non esset. Unde in iram excitatus imperator lictoribus præcepit, ut eos comprehenderent, ac in carcerem conjicerent. Quo peracto, tota nocte ipse imperator cogitabat, quomodo eos interimeret: (ingenti enim furore adversus illos accensus erat:) ideoque sequenti die eos coram se adduci jussit, et ut Christum abnegarent, compellere conatus est. Sed cum id ipsis suadere non valuisset, capite eos plecti mandavit.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ. ΚΒ'.

EODEM MENSE. Die vicesima secunda

Μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου τοῦ Σικαιώτου.

Θεόδωρος ὁ τοῦ Χριστοῦ ἱεράρχης, καὶ μέγας
ιυματουργὸς, ὑπῆρχε μὲν ἐκ τῆς Γαλατῶν Χώρας,
πὸ χωρίου δὲ Σικαιοῦς, ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἰου-
:ινιανοῦ τοῦ παλαιοῦ· ἐγεννήθη δὲ ἐν πανδοχείῳ,
ἧς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας, διὰ κάλλους τοῦ προ-
ώπου αὐτῆς, ἐπισπασαμένης πρὸς τὴν αὐτοῦ
ἐννησιν Κοσμᾶν τινα τῶν βασιλικῶν ταχυδρόμων·
τις καὶ εἶδεν ἐν ὀνείρῳ, ἀστέρα κατελθεῖν ἐκ τοῦ
ὐρανοῦ, καὶ πεσεῖν ἐπὶ τὴν κοιλίαν αὐτῆς· ἐδήλου
ὁ ἀστὴρ τὴν εἰς ὕστερον ἀρετὴν τοῦ παιδός·
ὸσοῦτον γὰρ ἐκ βρέφους ἐγίνετο ἐνάρετος, ὡς καὶ
ὸν ἅγιον Γεώργιον φίλον κτήσασθαι, φανερῶς συλ-
αλοῦντα αὐτῷ καὶ συμβαδίζοντα, καὶ ὁδηγοῦντα
ὐτὸν πρὸς πᾶν ἀγαθόν· ἐξ οὗ καὶ τὰ μυρία ἐκτή-
ατο θαύματα. Γενόμενος δὲ μοναχὸς, ἐχειροτονήθη
αὶ ἐπίσκοπος Ἀναστασιουπόλεως, καὶ διὰ τὰ
ολλὰ θαύματα περιβόητος φανείς, καὶ βασιλεῦσι,
αὶ τῷ κόσμῳ παντὶ, ἐν εἰρήνῃ πρὸς Κύριον ἐξε-
ήμησεν.

Memoria sancti Patris nostri Theodori Sicæotæ.

Theodorus Christi pontifex, ac magnus thaumaturgus, natus est in regione Galatiæ in oppido quod Sicæon appellatur, Justiniano seniore imperante. Genitus vero fuit in taberna diversoria, ubi mater ipsius Maria eximia oris sui pulchritudine ad eum progignendum attraxerat virum quemdam nomine Cosmam, qui inter imperatoris cursores adscriptus erat. Eadem porro ejus mater vidit in somnis sidus e cœlo delabi, atque in suum sinum decidere: quod sane sidus futuram pueri virtutem prænuntiabat. Adeo enim ipse ab ineunte ætate virtutis studiosus atque amans fuit, ut sanctum Georgium amicum sibi comparaverit, qui et palam cum eo colloqui, et frequenter convenire, atque ad omne opus bonum ipsum perducere consueverat. Unde innumera edidit miracula. Cum vero monasticam vitam suscepisset, episcopus Anastasiopolis ordinatus est. Demum cum apud imperatores, ac universum terrarum orbem plurimis editis miraculis celebris evasisset, in pace ad Dominum migravit.

Καὶ μνήμη τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ναθαναήλ.

Ναθαναὴλ ὁ τοῦ Χριστοῦ φίλος καὶ ἀπόστολος, ἦν
ν ἀπὸ Κανὰ πόλεως τῆς Γαλιλαίας, ἔνθα ὁ Χριστὸς
ὶ Θεὸς ἡμῶν κληθεὶς εἰς γάμον μετὰ τῆς παναγ-
άντου αὐτοῦ Μητρὸς, καὶ τῶν ἱερῶν μαθητῶν, τὸ
ρῶτον θαῦμα ἐποίησε, τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον μεταβαλών.
ροσεδέχετο δὲ καὶ αὐτὸς τὴν παρουσίαν τοῦ Χρι-
οῦ, ὡς νομομαθὴς, τοῦ παρ' ἐκείνων λεγομένου

Et memoria sancti apostoli Nathanaelis.

Nathanael Christi amicus et apostolus fuit ex Cana civitate Galilææ, ubi Christus Deus noster ad nuptias vocatus una cum intemerata ejus Genitrice, et sacris discipulis, primum edidit miraculum, aquam in vinum convertens. Exspectabat autem et ipse, quod legis peritus esset, adventum Christi qui apud ipsos Messias dicebatur. Qr

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tur e carcere educitur, atque iterum raptatus, spiritum hoc modo fundit.

Et certamen sancti martyris Sabæ ducis.

Sanctus Sabas martyr imperante Aureliano ducis militum munere a urbe Roma fungebatur. Cum autem quamvis Gothus esset, religione vero Christianus, sanctos carceri mancipi viderit, eisque humanitatis munera impertiret, ob illibatam semper vitæ innocentiam, ac reliquarum exercitationum, ex obsessis hominum corporibus malos spiritus ejiciebat. Delatus autem et comprehensus, atque ad imperatorem abductus, militarem, quo cingebatur, cultrum se projecit, et Christum confessus est. Suspensus igitur fuit, et filamentis, et faciebus ustulatus. Ex quibus tormentis cum miraculose semper atque incolumis evasisset, virgis septuagiata ad Danubii ripam cæsus est. Prothus in carcerem conjectus est, ubi cum Christus illi apparuisset, longe plus solito lucis emicuit. Ejectus dæmon e carcere jussusque Christum abnegare ac idolis sacrificare, cum id facere nollet, sacrum ejus caput gladio truncatum fuit.

EODEM MENSE.

Die vicesima sexta

Certamen sacrosancti martyris Basilei episcopi Amaseæ

Sacrosanctus martyr Basileus, imperante Licinio, episcopus fuit Amaseæ. Martyrium autem sanctæ hujus a nostra Ancilla quædam uxoris Licinii quæ [illegible] dilexerat, ut pudicitiæ studium exercitatum, Christi evitaret, dominæ suæ consilio cum magna aurorum copia occulte in Orientales plagas aufugit: et cum Amaseam venisset ab episcopo Basileo tanquam Christiana excepta fuit. Cum autem id resciviset Licinius, ambos coram se adduci mandavit. Sed Glaphyra, quæ jam fato concesserat, ab ipsius manibus effugit. Basileus vero episcopus vinctus Nicomediam adducitur: eaque imperatorem redarguisset, capite obtruncatus est, et in mare projectus, seorsim quidem corpus ejus, seorsim caput. At Dei providentia ipsius corpus capiti conjunctum est, undisque supernatans, in Sinope urbe inventum fuit, ac deinde Amaseæ depositum.

Et certamen sancti martyris Publii.

Postremo concionum solemnium antistiti locum, quem occupare debet, assignamus. Ad aliquorum namque preces cum antiquitus conciones in ipsorum regionibus celebrassent, antistites jam id facere recusantes abscesserunt, novis subinde concionibus apud eos, quorum hospitio utebantur, locum daturi. Statuimus igitur ut, quando tale quid acciderit, ubi nempe concionatores, mercatores, indigenæ aut exteri, priorem præsidem dereliquerint, aliaque loca novas conciones instituturi adierint, id facere eis liceat. Voluntariam enim, arbitrariam prorsusque liberam iis talem translocationem fore præsuminus. Quod si inter concionum ordinatores dissensio intercesserit, ita ut alii in iisdem, quibus antea, locis conciones celebrare satagant, alii de novis locis cogitent, nos quidem jus prioritatis prævaleat statuimus, ita ut priori loco privilegium communi suffragio fultum remaneat. Atque hoc loco non est prætereundum quod istæ concionum translationes quadripartitæ sunt; aut enim a potentibus ad potentes, aut ab impotentibus ad impotentes, aut a potentibus ab impotentes, aut ab impo-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

tentibus ad potentes fieri solent. Ex his quæ de tribus prioribus memoravimus, thematum vim habent *de potentium autem ad potentes*, et ab impotentium ad potentes, et potentium ad impotentes translatione loquimur. Quartum namque caput lenius atque humanius interpretabimur. Facile enim potentes concionandi jus impotentibus eripiunt. In hoc igitur capitulo ordinamus ut concionis inter impotentes et potentes translatio locum habet, nisi communia suffragia prioris loci privilegium conservarent. Sic enim duarum rerum erit unio : prioritatis jum cum omnium suffragio eadem via progredietur. Si enim in cæteris tribus thematibus in tantummodo sufficere solet quod verisimile est, ubi tota scilicet concio transfertur et prioritas ejusdem determinatur et in duo dividitur; quod ad quartum titulum attinet, jubemus ut duorum verisimilium sit unio et consensio, ita quidem ut concilium ab impotentibus ad potentes viam inveniat, et ut consensio memorata et prioritatis privilegium conspirent. Pauperibus igitur manum auxiliatricem porrigamus, iisque id quod de potentium potentia superest concedamus. Ea itidem cura fuit avi nostri piæ memoriæ, domino Romano seniori ; semper enim jura natura sua inalterabilia ab impotentibus ac potentes transtulit.

A ρον τῇ ἀρχαιότητι κρατεῖν, καὶ τοὺς ἀκυρωτέρους μᾶλλον ἐκείνης ἐκ τινος καὶ ἴσου συνιλάσθαι τὴν ἕνωσιν τῶν αἱρουμένων, καὶ κρατεῖν τὸ κάλλιον τοῦ τέλους κρινόμενον. Καὶ ἐπεὶ αἱ μεταστάσεις, ἃς μετατίθεσιν τῶν πανηγύρεων, τετράχως τὴν ἐκφορὰν δέχονται· ἢ γὰρ ἀπὸ δυνατῶν εἰς δυνατοὺς εἴωθε μετατίθεσθαι, ἢ ἀπὸ ἀδυνάτων εἰς ἀδυνάτους, ἢ ἀπὸ δυνατῶν εἰς ἀδυνάτους, ἢ ἀπὸ ἀδυνάτων εἰς δυνατούς, τὰ μὲν ἤδη προθεσπισθέντα ἐπὶ τῶν τριῶν τρόπων καὶ μόνων τὴν ἰσχὺν ἔχει θεμένων, ἤγουν ἐπὶ τῶν ἐκ δυνατῶν εἰς δυνατοὺς μεταθέσεων καὶ ἐπὶ δυνάτων εἰς ἀδυνάτους καὶ ἀπὸ δυνατῶν εἰς ἀδυνάτους. Τὸ γὰρ τέταρτον κεφάλαιον ἰδικωτέρας καὶ φιλανθρωποτέρας τεύξεται τῆς ἡμετέρας ἐρμηνείας ἐπὶ γὰρ εὐχέρεια τοῖς δυνατοῖς πολλὴ τις ἐστὶ πρὸς τὸ

B τὰς πανηγύρεις ἀπὸ τῶν δικαίων τῶν ἀδυνάτων ἐπισπᾶσθαι, θεσπίζομεν ἐν τούτῳ τῷ κεφαλαίῳ μὴ ἄλλως τοῦτο παραχωρεῖν γίνεσθαι, ἤγουν τὴν ἀπὸ τῶν ἀδυνάτων εἰς δυνατοὺς τῆς πανηγύρεως μετάθεσιν, εἰ μὴ ὁμοθυμαδὸν ἀναχωρεῖ ἅπασα ἐκουσίως καὶ ἐκεῖσε μεθίσταται ἔνθα καὶ πρότερον καὶ ἐκ παλαιοῦ συνίστατο· ὡς συντρέχειν ἐνταῦθα τὰ δόξαντα εὔλογα, τό τε τῆς ἀρχαιότητος δίκαιον καὶ τὴν τοῦ παντὸς πλήθους σύρροιάν τε καὶ συμφωνίαν. Καὶ γάρ, εἰ τάχα ἐν τοῖς ἄλλοις τρισὶ θέμασι καὶ τὸ ἓν εὔλογον ὂν μόνον οἶδεν ἀρκεῖν, οἷον μόνην τὴν σύμφωνιαν ὅτε ἅπασα μεθίσταται ἡ πανήγυρις, ἢ μόνην τὴν ἀρχαιότητα διϊσταμένης δηλονότι καὶ διατεμνομένης εἰς δύο τῆς πανηγύρεως, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ τετάρτου τοῦδε κεφαλαίου τὴν τῶν δύο εὐλόγων συνέλευσιν εἶναι κελεύομεν ἐπὶ τῷ κρατεῖν τὴν ἀπὸ ἀδυνάτων εἰς δυνατοὺς μετάθεσιν τῶν πανηγύρεων, τήν τε ῥηθεῖσαν τοῦ παντὸς σύμφωνιαν καὶ τὸ τῆς ἀρχαιότητος δίκαιον· τοῖς πένησι πάντη χεῖρα βοηθὸν ὀρέγοντες καὶ τὸ περιὸν τῆς δυνάμεως τῶν δυνάμεως τῶνδυνατῶν ἀναπίλλοντες· ὃ καὶ τῷ μακαρίτῃ πάππῳ ἡμῶν βασιλεῖ κυρῷ Ῥωμανῷ τῷ γέροντι μεμερίμνηται πάλαι ἄριστα ἐπὶ τοῖς τῶν ἀκινήτων δικαίων τῶν ἀδυνάτων πρὸς δυνατοὺς ἐκποιήσεσιν.

V.

Imp. Basilii Porphyrogeniti de archiepiscopatu Bulgariæ (11).

Cum multa sint et magna quæ a benigno Deo C donata sunt majestati nostræ regiæ bona diversis temporibus et numerum superantia, illud est super omnia egregium quod additum sit imperio Romano Bulgarorum imperium et sub uno jugo positum fuerit. Inde igitur nos reverendissimum monachum Joannem archiepiscopum Bulgariæ decrevimus esse, et quæ ad hunc archiepiscopatum pertinent, illa eidem præstari. Et quia postulavit iste habere descriptum, quot debeant in Ecclesiis diœcesis suæ et episcoporum suorum clerici et paræci ministrare, dedimus ei præsens sigillum nostræ regiæ majestatis.

Quamobrem mandamus illum quidem archiepiscopum habere in oppidis diœcesis suæ,id est,in Achride, Prespa, Macro, et Citzabi clericos 40 et D paræcos 30 ; episcopum Castoriæ in oppidis diœcesis suæ, id est in ipsa Castoria, in Curesto, Colonna, Deaboli, Boosa et Moro clericos 40 et paræcos 30 ; nisi forte numerosiores habuit prius, sed

Πολλῶν ὄντων καὶ μεγάλων τῶν παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ δεδωρημένων τῇ βασιλείᾳ ἡμῶν ἀγαθῶν κατὰ διαφόρους καιροὺς καὶ ἀριθμὸν ὑπερβαινόντων, τοῦτό ἐστι παρὰ πάντα ἐξαίρετον τὸ προσθήκην γενέσθαι τῇ Ῥωμαϊκῇ ἀρχῇ καὶ τὴν τῶν Βουλγάρων γενέσθαι ὑπὸ ζυγὸν ἕνα· ἐντεῦθεν οὖν καὶ τὸν εὐλαβέστατον μοναχὸν Ἰωάννην ἀρχιεπίσκοπον Βουλγαρίας ἐκυρώσαμεν εἶναι καὶ τὰ τῇ ἀρχιεπισκοπῇ προσήκοντα παρ' αὐτοῦ ἰθύνεσθαι. Καὶ ἐπεὶ ᾐτήσατο ὁ τοιοῦτος ἐγγραφως ἔχειν τοὺς ὀφείλοντας τὰς Ἐκκλησίαις τῆς ἐνορίας αὐτοῦ καὶ τῶν ἐπισκόπων αὐτοῦ κληρικοὺς καὶ παροίκους ὑπηρετεῖν, δεδώκαμεν αὐτῷ τὸ παρὸν σιγίλλιον τῆς βασιλείας ἡμῶν.

Δι' οὗ παρακελευόμεθα, αὐτὸν μὲν τὸν ἀρχιεπίσκοπον ἔχειν εἰς τὰ κάστρα τῆς ἐνορίας αὐτοῦ ἤγουν εἰς τὴν Ἀχρίδα, τὴν Πρέσπαν, τὸν Μάκρον καὶ τὴν Κίτζαβιν κληρικοὺς μ' καὶ παροίκους λ'· τὸν δὲ ἐπίσκοπον Καστορίας εἰς τὰ κάστρα τῆς ἐνορίας αὐτοῦ ἤγουν εἰς αὐτὴν τὴν Καστορίαν, εἰς τὸν Κόρεστον, τὴν Κολώνην, τὴν Δεάβολιν, τὴν Βοῶσαν καὶ

(11) ... novellam primi ediderunt Rhallis et Potlis in Collect. canon. V, p. 268, ex codice ms. ... episcopi. De ejus genuinitate dubitat clar. Zach. a Lingenthal.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

τὸν Μῶρον κληρικοὺς μ' καὶ παροίκους λ'· εἰ τάχα A nolumus superare numerum clericorum et parœ-
ἢ περισσοτέρους εἶχε πρᾶγμα, ἀλλ' οὖν οὐ βουλόμεθα corum archiepiscopi. Episcopum Glabinitzæ in ipsa
ἐκβαίνειν τὸν ἀριθμὸν τῶν κληρικῶν καὶ παροίκων Glabinitza, et in Caninis et Neanisca mandamus
τοῦ ἀρχιεπισκόπου. Τὸν δὲ ἐπίσκοπον Γλαβινίτζης habere clericos 49 et parœcos 30; episcopum vero
καὶ αὐτὴν τὴν Γλαβινίτζαν καὶ εἰς τὰ Κάνινα καὶ Moglænorum in ipsis Moglænis, et Prosaco, Miri-
εἰς Νεάνισκαν κελεύομεν ἔχειν κληρικοὺς μ' καὶ choba, Setina, Ostrobo, et Zaodris clericos 15 et
παροίκους μ' τὸν δὲ ἐπίσκοπον Μογλαίνων εἰς αὐτὰ parœcos 15; episcopum Butelei in Pelagonia, Pri-
τὰ Μόγλαινα καὶ τὸν Πρόσακον καὶ τὴν Μυρίχοβαν lapo, Deureta et Beleso, clericos 15 et parœcos 15;
καὶ τὴν Σετίνην καὶ τὸν Ὄστροβὸν καὶ εἰς τὰ episcopum Strummitzæ in ipsa Strummitza, Rhado-
Ζάδρυα κληρικοὺς ιε' καὶ παροίκους ιε'· καὶ τὸν bisto, et Conetza clericos 12 et parœcos 12; epi-
ἐπίσκοπον Βουτέλεως εἰς τὴν Πελαγονίαν καὶ εἰς τὸν scopum Morohisdi in ipso Morobisdo, Coziaco,
Πρίλαπον καὶ εἰς τὴν Δευρετὴν καὶ εἰς τὸν Βελεσὸν Slabista, Sthletoba, Lucobitzo, Piavitza. et Mole-
κληρικοὺς ιε' καὶ παροίκους ιε'· καὶ τὸν ἐπίσκοπον soba clericos 15 et parœcos 15; episcopum Bele-
Στρουμμίτζης εἰς αὐτὴν τὴν Στρούμμιτζαν καὶ τὸν busdii in ipsa Belebusda, Suntiasco, Germania,
Ραδόβιστον καὶ τὸν Κονέτζην κληρικοὺς ιβ', καὶ Terimero, Stobo, inferiore Suadeasco et Rhælogis,
παροίκους ιβ'· καὶ τὸν ἐπίσκοπον Μοροβίσδου εἰς B clericos 15 et parœcos 15; episcopum Triaditzæ in
αὐτὸν τὸν Μοράβισδον καὶ τὸν Κοζίακον καὶ τὴν ipsa Triaditza, et Pernico....
Σλεβίστην καὶ τὴν Σθλετοβὰν καὶ τὸν Λουκόβιτζον καὶ τὴν Πιάνιτζαν καὶ τὴν Μολέσοβαν κληρικοὺς
ε' καὶ παροίκους ιε'. καὶ τὸν ἐπίσκοπον Βελεβούσδίου εἰς αὐτὴν τὴν Βελεβουσδαν καὶ τὸν Σο-
υντιασκὸν καὶ τὴν Γερμάνειαν καὶ τὸν Τερίμερον καὶ τὸν Στοβὸν καὶ τὸν Στοβὸν καὶ τὸν κάτω Σουαδέασκον καὶ
τὰ Ῥαίλογα κληρικοὺς ιε' καὶ παροίκους ιε'· καὶ τὸν ἐπίσκοπον Τριαδίτζης εἰς αὐτὴν Τριάδιτζαν καὶ
τὸν Πέρνικον.....

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ANNO DOMINI CMLXXXIX

LEONIS DIACONI

CALOENSIS

HISTORIÆ LIBRI DECEM

E RECENSIONE

CAROLI BENEDICTI HASII

INSTITUTI FRANCIÆ ACAD. INSCRIPTT. SOCII, ETC.

ADDITA EJUSDEM VERSIONE ATQUE ANNOTATIONIBUS AB IPSO RECOGNITIS.

—

C. B. HASII DEDICATIO.

ILLUSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO VIRO
NICOLAO COMITI DE ROMANZOFF
IMPERII RUSSICI CANCELLARIO ORDINUM IMPERII
PEREGRINORUMQUE ALIORR. PLURIMORR. EQUITI ETC. ETC. ETC.
QUI
SINCERÆ MAGNÆQUE GLORIÆ
CUPIDITATE INCENSUS
LITTERARUM ET HONESTARUM ARTIUM
TUM SUBLIMIORUM OMNIUM SCIENTIARUM STUDIA
ITA COMPLEXUS EST ET FOVET
UT IISDEM CUM REI PUBLICÆ UTILITATIBUS
ARCTISSIMO VINCULO CONSOCIATIS OMNI EUROPÆ
OMNIQUE POSTERITATI SUMMO SE CULMINE DIGNISSIMUM
PRODIDERIT
HISTORIÆ BYZANTINÆ
NOVUM HOC VOLUMEN
D. N. E.
L. M. Q.
D. D. D.
EDITOR.

—

C. B. HASII PRÆFATIO.

—

[I-XI] I. Si quis fortasse miratur, quid sit, quod Leonis Diaconi Historia, quam complures ante annos receperam me editurum, nunc demum exeat : is, ubi dilationis causam perspexerit una et mihi facile veniam dabit procrastinationis, et eo majores gratias viro amplissimo cujus munificentia conatui meo subventum est, habebit. Quapropter nihil prius exponam, quam qua fortuna scriptor diu retrusus nunc potissimum exstiterit. Deinde dicam de vita auctoris, et quæ mea quidem sit de ingenio ejus, de genere dicendi, de fide, existimatio : item de codice, in quo uno, quantum scio, Historia ejus est conservata. Tum de Tacticis agam Nicephori Phocæ, postremo rationem et versionis et notarum mearum, et omnino editionis, explicabo.

II. Ego, postquam in Bibliotheca Regia esse cœpi, ut primum penitius eam nosse licitum est, facile intellexi, etiam post Goari, Possini, Ducangii et, qui admodum multi

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

veterum monumenta e situ eruit, Combefisii varios labores, quasi e quodam inexhausto fonte, hauriri inde non pauca posse ad collectionem auctorum Byzantinorum cumulatius augendam. E scriptoribus autem ibi servatis duos esse potissimum, Leonem Diaconum et Michaelem Psellum, quorum editio et desideraretur dudum a viris doctis, et esset jam aliquando si minus confecta, concepta certe animo atque affecta. Nam illum ipsum Combefisium testatum est ex Harles. Bibl. Græc. VII, 684, cum esset animo erecto ad indaganda in lucemque evocanda Græcorum scripta, imprimis ecclesiastica et Byzantina, Bibliothecam Regiam scrutantem cepisse cum Leonis tum Pselli (XIV) cognitionem editionemque utriusque adornasse. Quin ipse sic habet notis ad Auctar: noviss. Biblioth. Græcor. Patr. Paris. 1672, p. 545, subhorride (ut plerumque incomptus est in oratione Latina): *Photii technas malasque artes cum alii prosecuti sunt Græci æquales, aut parum suppares, tum meus Logotheta* (hic est Simeon magister et logotheta, de quo Harles. VII, 417), *si quando, pace lenius aspirante, ac Christianissimo rege semper victore, Regia Lupura, historiæ Byzantinæ pœne necessario supplemento, cum Leone Diacono et Michaele Psello, regium vere multiplici titulo argumentum, juris publici regia munificentia faciat: ne sibi per moras Batavus, aut gens alia, eam gloriam rapiat.* Sed a. 1679 a vita discessit Combefisius, deque duobus tomis Auctarii Byzantini, quos edendos sibi proposuerat, ne priorem quidem potuit divulgare. Is enim, scriptores post Theophanem continens, Constantinum Porphyrogenetam dico de Vita Basilii, Continuatorem anonymum Theophanis, Joannem Cameniatam, Georgium monachum, alios, non nisi sexennio post, curante Sebastiano Mabre-Cramoisy, ex typographia Regia a. 1685 in lucem prolatus est. Editio alterius, Leonem Michaelemque Psellum complexuri, prope triginta annis post commissa est Michaeli Le Quien, ex schedis Combefisianis adornanda : vid. Echard. scriptorr. ordinis Prædicator. II, 684. Nec segniter is se ad opus admovit, ita ut Leo in typographia Regia formulis jam cœptus sit describi, ipseque Le Quien sic habeat Orient. Christian I, 255 : *Quæ Leo Diaconus refert in Historia, cujus pars typis Regiis jam edita est.* Atenim intervenit impressioni ingravescens bellum, quod de Hispaniarum successione gestum est, *consiliumque*, ut scribit Echardus loc. cit., *quod Michaeli Le Quien commissum erat exsequendum, jamque typis Regiis inceptum, bello tum atrociori ubique flagrante interruptum est ac prolatum.* Ergo neque Combefisii opera neque Lequienii, a. 1733, vita functi, Leoni potuit prodesse. Et mirari licet, plagulas illas tunc impressas interiisse, prope dicam, in nihilum, neque usquam jam comparere. Ego certe scrutatus sum quæ potui, et perquisivi, percontatus quoque agentes typographiæ Regiæ, viros non solum peritissimos artis suæ, verum historicos quoque, monumentorumque officinæ ipsorum percuriosos : reliquias editionis illius inceptæ nullas potui nancisci. Quapropter (XV) suspicor, exemplaria ea vel casu aliquo peculiari, vel data opera, fuisse deleta.

III. Reliquerat igitur Combefisius, ex hac vita migrans, cum alia præclare inchoata multa, tum confectam, ut videtur, Leonis Psellique versionem Latinam. Sed illa priora, multis undique in schedas exstincti involantibus (ut fere fit in eruditorum obitu), dissipata evanuerunt : versionem Leonis ac Pselli Parisiis in ædibus FF. Dominicanorum ad vitam S. Honorati, ubi vita cessit Combefisius, multos annos asservatam esse constat, ejusque copiam viris doctis compluribus factam. Ita varii variis locis non solum mentionem fecerunt Leonis, verum illius fragmenta scriptis quoque inseruerunt suis. Velut Bandurius Imper. Oriental. II, 465, 480, 481, 726, 728 ; Ducangius cum in Glossario non uno loco, tum in notis ad Zonaram II, 90, 103, 105, 107 ; omnium maxime autem Francisc. Pagius Critic. in Annales Baronii III, 873, *eam versionem opera Bernardi Montfauconi a se lectam, et quoad præcipua capita* (utor ipsius verbis) *descriptam esse* asseverans, ad historiam sæc. x vergentis *certius illustrandam.* Ac profecto ejus fragmentis refersit cum extremum tomum tertium Criticor. 873, 875, 876, tum exorsum tomi quarti 3. — 39. Unde eadem hausit partimque transcripsit Schloezerus in *Nestore s. Russische Annalen in ihrer Grundsprache u. s. w. V*, 125, — 177. Alios contra nimium quantum neglexisse ea questus est Saxius Onomast. II, 156, *nobilissima illa fragmenta, Latine edita, quomodo subinde homines eruditos, tanquam Guill. Cave* Histor. litterar. scriptorr. ecclesiast. II, 106, *inprimisque J. A. Fabricium* Bibl. Gr. VI, (is enim verus est numerus : apud Saxium legitur V,) 353 *et* XIII 788, *latere potuerint*, cogitatione

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

assequi se non posse. Tametsi in his erratum est ipsius Saxii. Nam cadat jam ejus reprehensio in Fabricium, cujus volumina exierunt alterum a. 1714, alterum a. 1726, C. Caveo certe. qui scripsit a. 1688, vitio nequit dari, quod tunc ignoravit quæ Pagius a. 1705 erat editurus. Sed ut revertar ad versionem Combefisianam, superfuisse ea videtur usque ad motum repentinum quo Gallia tota, vergente sæculo superiore, confusa est. Tunc illa ipsa procella, quæ viros studiis ac doctrinis exquisitioribus claros partim dejecit de statu omni, partim præcipites perturbavit ex patria ; (XVI) quo flatu collectæ litterariæ et religiosa universa evertit, eodem ut multa alia ingenii monumenta, cimeliis recondilis mandata, sic item ultimas reliquias sedulitatis Combefisianæ dissipavit, immo obruit. Certe neque tum cum expilarentur libraria FF. Dominicanorum, neque ex post surreptiones varias libri inde residui per bibliothecas diversas diriberentur, quicquam de repertis Combefisii schedis auditum est, nedum de versionibus Leonis et Psel., quæ vel in latebra aliqua ignorata delitescunt adhuc, vel (quod magis est credibile, omnino hodie interciderunt.

IV. Quare, ubi semel in animum induxeram Leonem in lucem proferre, fieri oportere novam interpretationem ejus Latinam : extra pauca quæ supra dixi, in Criticis Pagianis conservata. Deinde conquisivi quæ ad illustrandum scriptorem spectarent. Sed, opera jam fere prelo parata, perspicere cœpi, quantas ejus editio difficultates esset habitura, cum alias, quas hic definite edisseri quid attinet? tum magnitudinem impensarum, quibus nec privati cujusvis unius suppeterent facile copiæ, nec certe meæ. Accedebat, ut ipse in Bibliotheca Regia sub id tempus essem occupatissimus, notitiam codd. Græcc. ex Italia recens allatorum conficere conans, qualem de codd. Florentinis Bandinius, de Vindobonensibus Lambecius ediderunt. Quamobrem, quo saltem intelligerem, quale virorum doctorum judicium futurum esset de Leone, satis tunc habui, librum sextum, ut erat a me versus, seorsum speciminis causa in lucem proferre *Notices et Extraits des Mss. de la Bibliothèque du Roi*, etc. VIII, 254 — 296. Neque quidquam posthac proprius est factum, quam ut cogitationem editionis integræ omnino dimitterem. Aliquot anni cum sic effluxissent, me aliis sollicitudinibus curisque distento, ecce vir doctus, quo nemo omni antiquitatis septentrionalis memoria abundantior, nemo in monumentis historiæ Russicæ examinandis, comparandis, explicandis acutior aut felicior, Philippus Krug, Academiæ Imperialis scientiarum Petropolitanæ decus et ornamentum, ultro me litteris mire puris, amicis, candidis adiit, nihilque opinanti commemoravit, quemadmodum rei pridem institutæ expediri exitus posset. Nempe imperii Russici cancellarius, etc., ill. comitem Nicolaum de Romanzoff, virum, ut omni magnarum rerum laude cumulatum, ita natum provehendis liberalibus studiis, cum in manus ejus incidisset specimen XVIi Leonis in Notitiis Mss. editum, optare, ut scriptor totus in lucem proferatur : sumptus necessarios eumdem subministraturum. Mirifice igitur delectatus hoc nuntio, multo acrius exarsi ad cupiditatem edendi operis : ipsiusque illustr. comitis litteris paulo post magis etiam confirmatus, evestigio orsus sum editionem. Neque aliunde amplissimorum hominum mihi defuit studium aut voluntas. Nam et vir summus comes de Montesquiou, Franciæ par, regis Christianissimi consiliarius intimus, cum administrationem interiorem, ut nunc vocamus, in Gallia haberet, redempto exemplarium, ut aiunt, numero haud exiguo, expeditissimum reddere totum imprimendi negotium dignatus est : quam ejus voluntatem ratam fecit post eum eodem munere fungens ill. Dom. comes Decazes, etc., immortalem laudem comparans, dum litteras et scientias, omninoque bonas quasvis disciplinas in Francia florere atque ornari omni conatu curat : et vir eruditione, auctoritate, virtutibus eminentissimus, doctrinæ Orientalis per orbem terrarum princeps, liber Baro Silvester de Sacy, Rector Universitatis Parisiensis, institutionis publicæ constituendæ Vvir, ordinis Reg. Legionis honorif. præfectus, Academiæ Reg. Inscriptt. et litterarr. human. sodal. etc., interventu suo obtinuit, ut in typographia Regia Leo formulis describeretur. Ita, his auspiciis incepta, biennii spatio ad exitum adducta impressio est : tardius fortasse quam volebam, obsequi continuo tantis viris jucundissimum existimans : satis cito, si molem voluminis difficilemque rationem commentarii characterumque Græcorum spectes.

V. Venio nunc ad ea quæ constant de vita Leonis, pauca sane, nec diversa fere ab iis quæ Notitt. Mss. VIII, 257, pridem protuli. Vitam Leo adiit Caloe, (τῆς Καλοϊτῶν πόλεως,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Le Quien Orient. Christ. I. 726.) quæ civitas est Asiæ proconsularis in Tmolo monte, prope fontem Caystri amnis (infra 2*) : is tractus omnis themati Thracensium tunc accensebatur. De parentum conditione non habemus quod liqueat : patri nomen Basilii fuisse ipse ait 2, ac primam quidem ætatulam in patria parentumque disciplina videtur exegisse : inde studiorum causa Constantinopolim tanquam ad domum quamdam doctrinæ profectus, ibi a 966, mens. April., sacro solemni Ascensionis, motu populari in Nicephorum effecto, imperatorem gradatim per urbem equitantem conspexit, virtutemque ejus et animi firmitatem [XVIII] vi furiosa plebis perturbari haudquaquam posse admiratus est. Hæc se adolescentulo accidisse scribit 40. Ita si statuimus, a. 966 eum egisse annum circiter sextum et decimum, sequitur, natum esse sub a. 950. Circa a. 973, quo, Basilio exauctorato, Antonius patriarcha creatus est, in Asia fuit: ibi certe gemellos monstruosos, imperii provincias obeuntes, crebro se vidisse tradit 102. Post aliquanto in collegium sacerdotum palatinorum ascitus, a. 981, cum Basilius imp. magno apparatu Bulgaris bellum inferret, castrisque ad Stoponium positis Triaditzam oppugnaret (Cedr. II. 695), diaconi munere fungens secutus comitatum est: legionibusque retrorsum raptis, cum exercitus perterritus interneciva clade in itinere afficeretur, ipse e Bulgarorum undique provolantium manibus (107) ægre evasit. Quare opinor in Historia, quoties Mœsiæ mentionem facit (velut 38), tremere et exalbescere tanquam objecta terribili re videtur, nihil ut sit, quod æque ei formidinem dicas injecisse. Quem postea tenuerit vitæ cursum neque ipse indicat, neque alii tradunt: nisi vero si quis est, qui addita demum ætate a rerum ecclesiasticarum cura eum abduxisse sese putet, atque in secessum, Historiæ condendæ causa, se recepisse. Constat certe, non exisse scriptionem ante a. 989, quo Bardas Phocas contra Basilium imp. rebellans oppressus est: quippe ejus interitus refertur 108. Expugnatio Chersonis, de qua 108, et mors Basilii præsidis (106), anno ante acciderunt. Num consilium fuerit Leoni, ultra Tzimiscæ mortem deducere historiam, dubitari potest. Nam quod scribit 109, mala, per stellam crinitam præmonstrata (quæ postea Basilio imperante evenerunt), suo quidque ordine ab historia dictum iri, id fortasse non sic intelligendum est, quasi ipse sibi ea seponeret narranda, sed generatim, aliis ea scriptoribus materiam dicendi præbitura.

VI. Ergo tria potissimum bella, Creticum, Asiaticum, Russicum, formidolosa atque difficilia, scribenda sibi sumpsit, afferreque lumen voluit rebus sua ætate (959—975) gestis. Sed est magnum munus historia, et ex omni scripturæ genere prope dicam difficillimum, Sunt unicuique sæculo suæ cæcitates mentis : ut, quamvis cætera ratione recta judicet, in quibusdam tamen erroris atque hebetudinis sit condemnandum. Infinitam vim habent religiones, instituta, factiones, sectæ : non [XIX] uno modo præstringi acies mentis solet sæculis cultis et eruditis, nedum asperis et tenebricosis. Accedit, ut Leonis ætas eloquentiam poneret in florida, ut ita dicam, oratione: cum magnam se quisque in dicendo laudem adeptum putaret, si, multa acervatim complexus ornamenta, poeticæ dictionis æmulatione grandioribus verbis, et duris, ne ineptis dicam, metaphoris esset usus. Atque haud scio annon quidquam magis historiæ officiat, quam fucatus ejusmodi sine dignitate color: quando ita nimio calamistrorum usu incedit oratio, ut et sermoni lepos omnis adimatur, et rerum expositioni fides. Id vitium Leo, tametsi non adeo insaniat quam Theophylactus Simocatta aut Nicetas Choniates (in orationibus præcipue, ubi cumprimis cupiunt diserti videri), effugere tamen omni ex parte non potuit, felicisque fortasse ingenii cursum oppressit illud tanquam adipatæ dictionis studium. Cumque a Divo Julio, primo De analogia, dictum sit, tanquam scopulum sic fugiendum inauditum atque insolens verbum esse, Leo contra quasi quasdam cautes reformidat vocabula idonea et usitata. Vocem ἀδελφὸς raro usurpat : creberrime αὐτάδελφος, ὁμαίμων, σύναιμος. Θέλω, τελέω (ut certe scripsi 90) τελέω, ὑπάρχω, πέφηνα (60, 93), πέφυκα, χρηματίζω, vel quidvis, potius adhibet quam εἰμί· ἀκουτίζομαι, διενηχέω, διενωτίζω, ἐνωτίζω potius quam ἀκούω. Passim quoque verbis vetustis e poetisque erutis orationem tanquam stellis (ut sibi videtur) ornat. Ὑπιωγαῖς 22, arripuit ex Odyssea E. 404, ubi nunc legimus ἐπιωγαί· Νέων, *vadens*, 27, e grammatico aliquo, opinor (vid. perspicacissimum Græcæ proprietatis arbitrum Frid. Aug. Wolf. Prolegom. IV, 18) : nisi ibi dicas νεῶν legendum, ejusque glossam esse ἐκκλησίαν, excidisse

*Numeri, hic et infra, paginas edit. Paris, principis repræsentant, quas inter uncos in textu Græco posuimus. EDIT. PATR.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

autem ἀχυρώμενος, vel tale aliquid. Ὑγθος, 32, significatione *ripæ*, rarum est, vel apud poetas. Verbum obsoletum προσίκω, unde προσικτήν, habet 99. Sed nolo multos videri in re quam inter legendum unusquisque facile per se notabit.

VII. Aliud Leonis vitium est synonymorum vana accumulatio. Sicubi σύφραξ λόγων scripsit (13), ne parum multa verba scisse videatur, continuo et γεγηθώμενος subjungit, et ἐκπιρώμενός τε καὶ βρενθυόμενος. Sic singulis pene paginis. Ejusmodi tautologiis cumulati scri Byzantini omnes medii ævi : nec nisi tempore Palæologorum ab acrioribus ingeniis Demetrio Cydonio, [XX] Chrysolora, Theodoro Gaza, Chalcondyla, id genus dicendi spretum est ac repulsum. Simul iidem primi cœperunt minus serviliter veterum stylum ac omnes, et erant tanquam anniculi infantes, qui nonnisi in curriculo, aut præeunte duce, ambulant. Non perennem ac perpetuam tum simplicium tum collocatorum verborum et tius structuræ concinnitatem numerumque æmulabantur, non (quod caput erat) animos eruditos veterum : sed si quos existimabant imitatione dignos, eorum phrases undique arreptas ad verbum transferebant in propria scripta. Neque alio pacto Leo egit. Verumtamen inter eum et æquales ipsius illud interest, quod hi, quantum possent, omnes propemodum omnium auctorum nobilium consumerent arculas imitando, Leonis sermo e tribus demum fontibus fluxerit, ex versione LXX Interpretum (libros Novi Fœderis minus crebro compilat), ex Homero, ex Agathia Myrinensi. Inde piscatus est locutiones, quibus scripta infercit et explet sua, tanquam in unum agrum plura inter se inimica spargas semina. Sed non refert alieno ornatu distinguere sermonem, nisi queas id cum judicio apteque facere : minusque genus dicendi ejus videretur inconcinnum, si depositio omni rhetorices strepitu, Constantini Porphyrogenetæ exemplo vel ad infimæ plebis orationem Leo sese dejecisset. Is contra Agathia, cujus grandiloquentiam et cothurnum vix ferimus, videtur præcipue delectatus. Hoc demonstravi allatis in Commentario (velut 90 illius locis, non ubique tamen : nam omnia minima maxima vestigia imitationis colligere putidum erat nec conducebat quidquam ad auctoris cum interpretationem tum emendationem. E Procopio, jejuniore stylo res tractante, nihil videtur sumpsisse præter tenuiculas quasdam, exordio et orationibus passim insertas. Neque usquam ullo vestigio deprehendere licet, primarios scriptores : Thucydidem, Polybium, Plutarchum, ab eo rem pervolutatos. Præterea reperies in eo plerumque τοιοῦτος positum, ubi Attici οὗτος scripsissent. Similiter usum creberrimum præpositionis κατὰ pro ἐν· velut, ut hoc utar, ἀπειλαὶ κατὰ τὴν Ἀσιαν στασιάζουσι, *rebellantibus in Asia*. Verum hæc ei communia cum cæteris Byzantinis. Illud peculiare, ponere infinitivum futuri, ubi aoristi vel præsentis exspectes, præcipue post βούλεσται [XXI] (ut 23, 24) : deinde, idem vocabulum, aliquot lineis interjectis, libenter iterari.

VIII. Dixi, criminosius fortasse, quæ in Leone culpet aliquis : nec profecto ego is sum qui laudes scriptoris cujuspiam, cui studuerim, plus quam satis sit decantem. Nunc æquum est, quæ ab illo faciant, item enumerare. Ac primo quidem magna est Leonis commendatio, quod quæ ipse viderit litteris mandavit, habendusque est inter scriptores illos, unde alii, qui posterius fuerunt, quasi e fonte capiteque narrationes rerum deduxerunt. Sic Scylitzem mutuatum esse ab Leone multa demonstravi in notis : a Scylitze autem omnia minima maxima sumpsisse Cedrenum notum est. Zonaram item usum esse Historia Leonis arbitror : vid. Ducang. ad Zonar. II, 107. Pagium quoque ex nostro non pauca videmus emendasse, a recentioribus in ratione temporum conturbata. Ita ab hac parte non injucunda erit studiosis historicisque hominibus comparatio scriptoris nostri cum reliquis qui eadem tradiderunt. Neque neget quisqam, res post obitum Romani Junioris in ea gestas (19 sq.), rebellionem Leonis Curopalatæ (90), bella Tzimiscæ per Orientem (98 sqq. commode ab illo exponi, bellum Sphendosthlabianum fuse quoque ac diligenter. De Nicephoro perjurii reo, 23, satis magna libertate, de Tzimisce hujus percussore severe et fortiter scripsit, ut hominem recti honestique studiosum facile agnoscas. Denique Leonem, temporibus miseris et cæcis ad historiam se conferentem, inique compares cum pronuntiatoribus rerum gestarum florente Græcia, qui curriculum nacti felicius, aurea orationis facultate usi toti terrarum orbi atque omnibus sæculis cognitionis et eloquentiæ clarissima lumina accendere potuerunt. Noster judicio, doctrina, genere dicendi, exprimere debui

Vide indicem v° *Agathias* EDIT. PATR.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

temporum suorum imaginem. Quapropter, modo lucem addat rebus ea ætate gestis (quod profecto facit), facile feramus eum astrologiæ fidem habuisse, 104, exiguam geographiæ notitiam prodere, 80, historiæ veteris, 92.—Polybii acumen miramur, Plutarchi litteras, copiam Strabonis. Qui tanti viri atque tales, præsidiis sapientiæ circumsepti, si errores deponere, lapsus vitare omnes non potuerunt, quis tam rudis est temporum Byzantinorum, qui Leonem id potuisse putet?

IX. Hunc igitur, illa virtute historica, quæcunque est, præditum, [XXII] conservavit nobis unus omnino codex Bibliothecæ Regiæ, signatus prius 2561, nunc 1712, olim in supellectile litteraria Raphaelis Tricheti du Fresne : qui causidici Burdigalensis filius, cum magno duceretur librorum acquirendorum studio, Hispanias Italiamque semel et sæpius regnante Ludovico XIII rege Christianissimo sic obierat, ut, inspectis passim hominum historicorum librariis, propriam bibliothecam locupletare inde conaretur. Is ex Italia hunc codicem in Galliam deportavit, testante Combefisio Origin. Cpol. 265. Deinde cum vita excessisset Trichetus, J. B. Colbertus, Ludovico XIV Magno ab intimis consiliis et generalis ærarii moderator, cujus immortalis vivit vivetque ob beneficia in Galliam collata memoria, emit de vidua in Bibliothecamque Regiam intulit omne Tricheti litterarium instrumentum. In quo erant libri impressi numero plurimi, muss. Latini et Italici plus minus C, Græci XL. Itaque in Bibliotheca publica collatus codex noster, Ducangio, Bandinio, reliquis, quos initio nominavi, innotuit. Constat vero foliis membranaceis 422, chartaceis octo, continens præter alia minoris momenti (vid. Catal. Codd. mss. Græcc. Bibl. Reg. II, 391) illa: 1.) Chronicon Simeonis Logothetæ maxima parte ineditum, a fol. 18 *verso* ad fol. 272 *rectum*; 2.) Leonis Diaconi Historiam, quæ nunc prodit, a fol. 272 *recto* ad 322 *rectum*; 3.) Michaelis Pselli Chronographiam tomis novem, item ineditam, a fol. 322 *recto* ad 422 *rectum*. Exaratum esse si minus XI, at certe XII sæculo forma litterarum demonstrat, haud absimilis illi quam Montefalconius protulit Palæogr. Græc. 291, n° VII, ut igitur nesciam quid in mentem venerit confectoribus Catalogi Bibl. Reg. II, 391, dicere, eum sæculo decimo quinto videri scriptum: nisi id de iis duntaxat intelligas, quæ in octo foliis chartaceis ad exstent. Ipse codex, tametsi non adeo multis profunde latentibus mendis scatet, habet tamen itacismos tot, quot in libris sæc. XII peraratis esse solent, ut videlicet ε et αι, η ι et ει, ο et ω, οι et υ, sæpius inter se confundantur, neque ita rarum sit, εἰς τήν fol. 315 *recto*(ed. 95.) scriptum conspici sic, ἠςήν. Ejusmodi menda notavi interdum: plerumque, quando nihil habebant quod fidem receptæ lectionis labefactare posset, omisi. In summa, fateor non majorem me laborem suscepisse, quam eos sustinere necesse est, qui codice ex unico pendent in [XXIII] scriptore primum edendo. Ubi fere non potest, quin pars mendorum codicem contaminantium diligentiam vel minutissimam effugiat, nque ipsam editionem redundet. Ita quod erat reliquum tentavi, ut quæ possem, conjecturis, et comparationibus emendarem, collato Cedreno et Scylitze, qui complura ex Leone ad verbum in historias suas transtulerunt (vid. supra § VIII, infra 225): postremo, quæ ratio et doctrina præscribere videbantur, ea pro facultate in constituenda oratione Græca conatus sum præstare.

X. Libellum Περὶ παραδρμῆς πολου, *De velitatione bellica*, adhuc ineditum, secundo loco collocavi, ut historiam gestarum a Nicephoro Aug. rerum scriptio ejusdem jussu confecta exciperet. Quam non ab ipso Nicephoro litteris consignatam esse, quemadmodum Meursius existimabat (conf. Lambec. Comment. de Bibl. Cæs. VII, 433.), cum ex universo opere perspicitur, tum vero apertis verbis sub finem præfationis, 119, declaratur. Nec tamen, si de nomine scriptoris non habemus quod liqueat, de tempore quo confectus sit is Commentarius, dubitatio infinita esse potest. Ait auctor, quisquis est ille, a Nicephoro Phoca Imp. mandatum sibi esse, ut genus hoc bellandi scriptura persequeretur. Illum autem ob res bene gestas laudibus iis effert, quibus quemque memoriam ejus renovasse, superstite et imperante percussore ejus Joanne Tzimisce, vix est credendum. Etenim repentini homines, ac per scelus ad summa evecti, quo uberiores fructus patrati facinoris capiunt, eo vehementius ejus commemoratione commoventur. Ideo adducor ut credam, scripta ea demum esse sub Basilio et Constantino, rerum potitis a. 976. Accedit quod, quoties principis fit mentio, toties auctor numero plurali utitur: οἱ ἅγιοι ἡμῶν βασιλεῖς, 155. τῶν ἁγίων βασιλέων, 155, τῶν βασιλέων ἡμῶν ἁγίων, 154, quod in geminatum Basilii et Constantini imperium quadrare apte videtur. Habemus igitur in hoc libello perscriptam no-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

titiam, quemadmodum sæculo x medio aut exeunte a Græcis vel administrabatur bellum in asperis Tauri, Antitauri, Amani locis, vel administrari debuisset. Ea una me permovit ratio, ut in volumen istuc reciperem opusculum, quod nisi pro commentario militari in expeditiones Phocæ Tzimiscæque a Leone expressas habere velis; alioquin facile fateor, neque rerum copia, neque auctoris doctrina, nedum elegantia dicendi, [XXIV] plus quam multa alia ejusdem ætatis, quæ editioni parata habeam, lucem commerere. Cavi certe, ut ne quid nimium a nobis in hac parte adjectum esse diceretur. Quatuor erant Codd., in quibus libellum hunc offenderam: I.) Regius 2437 fol. 371 *verso* — 409 *recto*; II.) Regius 2445 fol. 320 *recto* — 335 *verso*; III.) Codex N°. 26 Supplementi nostri, quem in eo modo indicavi littera B, modo siglo hoc, *Cod. suppl.*, ibi legitur is libellus fol. 171 *recto* — 172 *verso*; IV.) Palatinus N° 393, a. 1797 ex Urbe advectus in Bibliothecam, a. 1815 Romæ reportatus. E quibus in edendo secutus sum potissimum Cod. Reg. 2437: cujus ut folia in margine editionis annotavi, ita lectiones intelligi oportet, quoties *Cod. A*, sive etiam *Cod.* singulari numero, in ora ascriptum legitur. Ubi *Codd.* pluraliter, reliquos tres in subsidium vocavi, idque sæpe frustra: quippe erant tam depravati omnes, ut sententiæ complures, nisi aliqua magna medicina adhibita, constare omnino non possent. Ejusmodi locos ex conjectura emendare conatus sum: ita tamen ut, quotiescunque fieri posset, transpositis potius verbis quam mutatis, meo more nimium religiosus in exemplaribus sequendis, quam temerarius in corrigendis, esse mallem.

XI. Hujus autem auctoris, quisquis fuit, dicendi genus caret omnibus ornamentis, horridinque est ac præfractius. Sermonem vulgarem frequentat sæc. x jam plurimum a syntaxi elegantiore abfuisse demonstrant nominativi absoluti 123: Πλῆθος γάρ — 130. ὁρῶν — contra quam oportebat positi: genitivi absoluti item 123: μανθανόντων. — ὁρμήσαντος 150. ἐγγιζόντων. 159. διατιθεμένου· subjunctivus aoristi pro futuro usurpatus, ut 140, ἐκφύγωσιν, *effugient* (quod idem in multis præcipitatæ Græciæ scriptoribus usu venit: vid. Indic. s. v. *Conjunctivus*): ἐν perpetuo adhibitum pro εἰς 126, 127, 133, 152; σὺν constructum cum genitivo 158,. casuumque omnino crebra confusio. Neque is certe quemquam, ut Leonem fecisse demonstravimus, exprimit dicendo: simplicibus utitur nativisque verbis. Quare fuissem nimius, si in scrutandis fontibus imitationis tantum egissem satis, quantum ad Leonem egi. Notas præter oppido paucas, resecui: postrema fundetriginta capita, quæ habebat unus codex Palatinus, quod ab alio [XXV] auctore ad hoc opusculum adita existimabam, in præsentia prætermisi. Sunt autem ejusdem prope argumenti quo superiora ex titulis potest intelligi, qui sic se habent:

XXVI. Ὅτι οὐ δεῖ ἁπληκεύειν ἐξ ἑτέρου θέματος λαὸν εἰς ἑτέρου θέματος ἢ τάγματος ἁπλῆκτον.

XXVII. Περὶ τῶν ἐν νυκτὶ ὀφειλουσῶν γέγνεσθαι ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ βιγλῶν.

XXVIII. Περὶ τῶν ὀφειλουσῶν γίγνεσθαι ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ βιγλῶν.

XXIX. Πῶς δεῖ σμικρύνεσθαι τὸ ἁπλῆκτον, ὁλοκλήρου τῆς πεζικῆς στρατιᾶς ὑπαρχούσης, τῆς δὲ ἱππικῆς ὀλιγοστῆς.

XXX Περὶ τῶν ιβ' ταξιαρχῶν.

XXXI. Ὅτι δεῖ, ἐπισφαλῶν καὶ στενῶν τόπων ἁπάντων (*a*), εἰς δύο διαιρεῖν ἅπασαν τὴν στρατιὰν καὶ ἰδικῶς ἁπληκεύειν.

XXXII. Περὶ τοῦ, ὁπόσον ἀριθμὸν ὀφείλει ἔχειν τὸ ἱππικὸν στράτευμα.

XXXIII. Πῶς δεῖ ποιεῖν τὴν ἐκ τοῦ ἁπλήκτου στρατοπέδου παντὸς ἀποκίνησιν.

XXXIV. Περὶ ὁδοιπορίας.

XXXV. Περὶ τοῦ, πῶς δεῖ ποιεῖν, ὅτε γνωσθῶσι πολέμιοι ἐν νυκτὶ βούλεσθαι ἐπελθεῖν τῷ χάρακι.

XXXVI. Πῶς δεῖ ποιεῖν, εἴπερ ὁδοιπορούσης τῆς στρατιᾶς πολέμιοι μετὰ βαρείας δυνάμεως τὴν ἐπέλθωσιν.

XXXVII. Περὶ τοῦ, εἰ απαντησεί στένωμα, ἢ γεφύρας καὶ ποταμοῦ βαθέως περαίωσις, τί δεῖ ποιεῖν.

XXXVIII. Περὶ τοῦ, μὴ ἐπάγεσθαι πλῆθος ἀργὸν ἐν τῇ πολεμίᾳ.

XXXIX. Περὶ τῆς ἁρμοζούσης πανοπλίας.

XL. Περὶ τοῦ, μὴ ἔχειν τοὺς εὐτελεστέρους τῶν ἀρχόντων σκηνάς.

XLI. Περὶ δουκατόρων καὶ κατασκόπων.

XLII. Περὶ διελεύσεως κλεισούρας μὴ κατεχομένης παρὰ τῶν πολεμίων.

XLIII. Περὶ κλεισούρας κατεχομένης ὑπὸ τῶν πολεμίων.

XLIV. Περὶ πολιορκίας.

XLV. Πῶς δεῖ φυλάττεσθαι τοὺς εἰς συλλογὴν χρειῶν ἀποστελλομένους, καὶ τοὺς νέμοντας τοὺς ἵππους.

(*a*) Fort. ἁπαντώντων.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

XLVI. Πῶς δεῖ τροπώσασθαι τοὺς πολεμίους, τοὺς ἐνέδρας τιθεμένους κατὰ τῶν εἰς συλλογὴν χρειῶν ἐξερχομένων.

XLVII. Περὶ τοῦ, εἰ γνωσθῶσιν οἱ ἀρχηγοὶ τῶν πολεμίων μετὰ τῆς ὑπ' αὐτοῖς δυνάμεως κρύφα μέλλοντες ἐπιβουλεύσασθαι τῷ στρατοπέδῳ, ἢ τοῖς πρὸς συλλογὴν ἐξιοῦσιν ὑπουργοῖς.

XLVIII. Πῶς δεῖ νυκτὸς τῷ ἀπλήκτῳ τῶν πολεμίων ἐπελθεῖν.

XLIX. Πῶς δυνατόν ἐστι μετ' ἐπιτηδεύσεως τοὺς πολιορκουμένους πρὸς τὰ ἐκτὸς ἐπισπάσασθαι, καὶ τραυματίσαι αὐτούς.

L. Περὶ τειχομαχίας.

LI. Περὶ τοῦ, πῶς δεῖ τὸν στρατηγὸν δικάζεσθαι (*a*).

LII. Περὶ ἀδνουμίων.

LIII. Περὶ τοῦ διδάσκειν τὸν στρατὸν καὶ ἐθίζειν ἔτι ἐν τῇ ἰδίᾳ ὄντα, κατὰ τάξιν ἀπληκεύειν καὶ ὁδοιπορεῖν.

LIV. Περὶ τοῦ ὑπαλλάττεσθαι τὰς ἐκτελούσας τάξεις τὴν τοῦ σάκα διακονίαν, διὰ τὸν πολὺν κόπον τοῦ ἄρχοντος (*b*).

LV. Περὶ τῶν ὑποκειμένων δουλειῶν, ὅτι χρὴ πρὸ ἡμετέρας ταύτης λελογισμένης [l. ἡμέρας ταύτας λελογισμένως] τυποῦν καὶ διατίθεσθαι.

(XXVI) Ea, inquam, capita, qualiacunque sunt, et descripsi jampridem et Latine convèrti, ut in subsequenti aliquo volumine facile vulgari queant, si modo tanti videntur eruditis. Quorum judicium hac de re exquiro, meum nullum interponens.

XII. Jam quod ad interpretationem Latinam Historiæ Leonis attinet, locos versionis Combefisianæ in Criticis Pagi (vide supra pag. 637) servatos, nisi ubi manifesto lapsus erat, iisdem propemodum verbis in editionem meam retuli. Cujus rei unumquemque admonitum esse velim: ne, si quem in versione aut styli inconstantia, aut quippiam fortasse non satis pure atque amendate dictum offenderit, continuo id in reprehensionem vertendum putet. Nam erat Combefisius homo pius quidêm et in rebus sacris singulariter doctus, sed qui nunquam ab orationis asperitate mœstitiaque abesse potuit. Nobis quoque in universo volumine linguæ atque elocutionis cura (vereor) non tanta fuit, quanta esse poterat, fortasse etiam debebat. Sed veniam ejusmodi facilius dari posse existimo Byzantinæ historiæ studiosis, omninoque iis qui in scriptoribus medii ævi, nescio quid barbarum et inconcinnum sonantibus, cogitationem perdiu ponunt. Præterea bonorum scriptorum exemplum consecutus, vel in verbis ad religiones persuasionesque pertinentibus, ubi difficilimum erat, malui interdum aliquid audere potius, quam Latinam orationem multis Græcis vocabulis inquinare. (*Nomina rerum Græca quæ convertimus* ut Cornificii verbis utar, quarto Rhetoricorum), *ea remota sunt a consuetudine : quæ enim res apud nostros non erant, earum rerum nomina non poterant esse usitata.* Designationes dignitatum, patriarcha, domesticus, drungarius, aliaque id genus, necessario retinui, tametsi ex nitidissimo Latinatis fonte haudquaquam profluxerint. Quas si (XXVII) quis aut nimia Romani sermonis religione silentio præterire, aut per circuitionem explicare voluerit, næ ille mihi imprudens, et cujus sententia minime standum sit, videtur judicandus. Versioni Leonis ad marginem exteriorem lectiones codicis sunt appositæ, sicubi vocem, a librariis manifesto corruptam, in textu recepi. Ubi dubitatio suberat, lectionem codicis in textu servavi, conjecturam meam adjeci in ora, si valde probabilem, præfixa littera *l.* hoc est *lege*, sin minus, præfixa *f. fortasse* (nam *forte* siquando impressum, est, id æquus lector oscitantiæ operarum ascribat.) In summa id egi, ut de suspicionibus meis, quam quæque probabilis sit sive vana, penes lectorem judicium relinqueretur.

XIII. Superest, ut de instituto adnotationis meæ, maxime ad Leonem, si qui vagatum me in iis latius atque deflexisse sæpenumero de via putent, apud existimatores harum rerum intelligentes et æquos paucis me purgem. Etenim intellexi tripliciter fieri posse, ut editoris in opere exsequendo sedulitas fautorem nostrorum benevolentiæ aliquatenus responderet. Uno modo, si scriptores ipsos, quales in membranis offendissem, sublatis tantum manifestis mendis, addita Latina versione, arbitrio eruditorum permitterem. Deinde, cum plurima essent nuper in Bibliotheca Regia, multa sui persint ad hanc diem, ad res Byzantinas quodammodo pertinentia, neque edita adhuc, neque unquam opinor (ut nunc sunt tempora) integra lucem visura, Vitæ Sanctorum, epistolæ fratrum devotorum, antistitum, patriarcharum, tractatus dogmatici, ascetici, polemici magno numero, annales quoque inediti, pervolutare ea studiose atque excerpere cœpi quidquid lucem afferre poterat annis sedecim qui a morte Constantini VII Porphyrogenetæ (15 Novembr. 959) ad Tzimiscem, 10 Januar. 976 veneno sublatum, effluxerunt, quorumque memoriam Leo complexus est. Ubi cum præcipue usui mihi fuerint historiæ duæ, altera Simeonis Logothetæ (vid. Harles. Bibl. Gr. VII, 685, *l.*), altera Julii Pollucis, hic facere non possum, quin Italicorum quoque eruditorum in me animum, quam singulari officio fuerit, gratus commemorem. Nam repentino

(*a*) Codex male, γυμνάζεσθαι.

(*b*) Sic codex : sed lecto capite malim finem tituli mutare sic : — κόπον, τοῦ ἄρχοντος, εἰ δυνατὸς, μένοντος αὐτοῦ.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

anni 1815 tempore, cum statuæ, tabulæ, reliqua civitatum ornamenta Parisios olim convect (XXVIII) undique repetentur, accipit ut inter codices in Urbem reportandos esset Vaticanus 163, illam ipsam Julii Pollucis historiam complectens. Ibi cum intellexissent procuratores summ pontificis, me in conficiendis notis hoc codice ægre cariturum, perhumaniter negaverunt se com missuros, ut a se studiis meis obesset quidquam, permiseruntque ut usque ad editionem libri is codex Parisiis remaneret. Quocirca maximas gratias et ago et habeo viro reverendo atque ill. Marino Marni, ab intimo cubiculo summi pontificis, et archivi et apostolici Va cani præfecto, cujus in hoc negotio eximia studiique plena officia erga me exstiterunt. Quod autem ejusmodi notionum historicarum ne sic quidem in hoc tomo permagna ac accessio facta, non hercle penuriæ Bibliothecæ nostræ, sed paucitati annorum, quorum gesta tradit Leo (vide supra pag. 641, VI), tribui id velim. Ad Psellum, annorum per centum 975-1060 memoriam persecutum, plurima ejusmodi inedita subjungere me posse ex quibus vel stabilitur, vel emandatur, vel ratione multiplici amplificatur ejus narratio.

XIV. Atenin non me fugiebat, etiam ut cumulate officio meo hoc duplici nomine sa tisfacerem, tamen force ut sic neque ad litterarum Græcarum neque ad historiæ studium ita multos mei officii utilitas pertineret. Nam, cum omnino in studiis nostris, Græcis dic non sit maxima copia eorum qui, via trita relicta, interiores scrutentur ac recondita litteras, tum vero ex iis ipsis exquisite doctis quotus quisque est, qui lectionem scripto ris Byzantini ad subtiliorem cognitionem linguæ quidquam conferre putet? Historici autem homines pœne omnes vel ad veterum illorum prorsus antiquorum divinam memoriam, vel ad res nostra patrumque memoria aut subtilius et temperantius aut splendide ac mirabiliter gestas, vel certe ad origines populorum hodie vigentium illustrandas, cura omni studioque rapiuntur : pauci, iique ipsi invitius aut fastidiosius, annales excutiunt senescentis imperii ac ruituri. Quapropter per notas obtinere volui, ut paulo latius mea opera pateret, ad eosque ita pertineret qui alienores sint a rebus Byzantinis : ideoque de significatione vocum nondum satis definita parumve intellecta uberius passim disputavi in notis et fusius. Qua in re sæpius scriptorum Atticorum (XXIX) rationem habere potuissem, fortasse etiam debuissem. Verum ego in judicio (dicam enim non reverens in re obscura gloriandi suspicionem): quod in quoque plurimum est, hoc ipsum is potissimum conferre debet ad locupletanda communia studia nostra. Jam vero post complurium annorum assiduum laborem, quo catalogum codd. Græcorum in Bibliothecam maximam Parisiensem recens illatorum ad finem perduxeram, post puerilem et primam adolescentiam in hoc studiorum genere positam, neminem esse scriptorem paulo illustriorem arbitror, neque sacrum, qui a temporis Theodosianis usque ad ruinam imperii Orientalis Græce scripserit, quem non ita tractarim, ut non aliqua ejus pars in memoria mea insideret. Scholia, catenas, paraphrases, commentaria, partim minus legi solita, partim omnino nondum edita, fieri non potuit quin ita pertractarem, ut eorum aliquam certe notionem caperem. Quamobrem, si passim ex Patribus scholiatis, rhetoribus, illustrare quæstiones aliquot, adhibere phrases, locupletare Lexica, notare errores quosdam superiore memoria commissos (ea ab æqualium censura, quæ mea natura est, omnino abstinui) conatus sum, non ideo id fecerim, quod hos recentiores scriptores ullo modo comparandos esse cum antiquioribus capitalibusque ita ducebam, quos nemo, opinor, est quin crebro regustare cupiat, in iisque acquiescat : neque quod meum studiorum genus proponere in exemplum aliis, adolescentibus præcipue, velim : sed quia in eo loco in eoque munere constitutus, ut tractare ejusmodi scripta cum ad voluntatem possem, tum pro officio debeam, id malui, quod alii minus commode possent, agere, quam quod idem æque bene atque ego, aut etiam multo me melius.

XV. Accedebat, quod in Britannia novam editionem Thesauri Stephaniani parari audiebam, ad eamque locupletandam viros doctos editioni præpositos voces nondum in Lexica receptas undique aucupari. Quare vocabula, quibus adhuc, quantum scio, Lexica carent (enotavi autem multiplici lectione complura millia), passim subjunxi, gratificans Lexicographis potius, quam quod in ejusmodi verbis addendis magnum ponendum esse momentum, aut gloriandum putem. Egi id quoque, ut vocabula phrasesque præcipue ex scriptoribus illis sumerem, qui a [XXX] sæculo tertio ad Heraclium Aug. floruerunt: nam apud hos potius aliquid integri sanique remansisse credendum est, quam apud illos qui sæc. VII et deinceps fuerunt, usque ad captam urbem. Ab historicis illustrationibus plerumque me continui. Sunt qui materia a nobis parata recte utantur, scriptores probabiles multi, aliquot etiam summi, ut componendæ historiæ clara ipsi exempla, ita comparitarum optimi judices. Velut in Germania Fredericus Christophorus Schlosserus, qui libro paucos ante annos edito impetus imperatorum, Constantinopoli sanctorum imagines infestantium, non minore acumine quam facundia felicissime exposuit. In Russia Nicolaus Karamsin, historiæ probatissimæ auctor, qua patrias antiquitates rara dicendi facultate mirabiliter illustravit : et cumprimis Philippus Krug, cui jam superius debitas gratias meritasque egi, cujus in Tentamine critico ad illustrandam chronologiam Byzantinam, Petropoli 1810 (omitto alia ejus scriptas, quæ multa sunt), perfecta rerum tum Slavicarum tum septentrionalium cognitio, summa ratione consideratissimaque prudentia adjuta, exstat, cujus [illegible]issimis observationibus in hoc quoque opere edendo non mediocriter

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Democharcs, Demosthenis ex sorore nepos, præra et cæteris honoribus ornatus ab Atheniensibus, ste Polybio; Timæus tamen cum tanquam libidinosissimum et Botryis ac Philænidis commentarios obscœnitate sua superantem traduxit.

Democritus, Hegesistrati vel Athenocriti vel Damasippi F., vixit eo tempore, quo Socrates, circa Olymp. LXXVII vel LXXX. Abderita Thrax, philosophus et discipulus, ut quidam tradunt, Anaxagoræ et Leucippi: quin etiam, ut alii scribunt, Magorum et Chaldæorum in Persia. Adiit enim et Persas et Indos et Ægyptios et singulorum sapientiam addidicit. Deinde domum reversus, cum fratribus Herodoto et Damaste vixit. Præfuit et Abderitarum reip., qui honor propter sapientiam ipsi habitus fuit. Discipulus ejus illustris fuit Metrodorus Chius, cujus vicissim auditores fuerunt Anaxarchus et Hippocrates medicus. Idem cognominatus Σοφίᾳ, *sapientia*, et Γελασῖνος *risor*, quod inania hominum studia ridere soleret. Genuini ejus libri sunt duo, μέγας διάκοσμος, *magnus diacosmus*, et περὶ φύσεως κόσμου, *de natur mundi.* Scripsit etiam *Epistolas.* Athenas non adiit, etc. *e Laertio.* Morti vicinus circa Thesmophoriorum festum, ne ea luctu hoc soror ejus celebrare prohiberetur, panibus calentibus ad nares admotis vitam ad festum, usque produxit.

Demodocus, cantor.

Demophilus, episcopus CPol. rapidi vagique torrentis instar plurimum luti et sordium in sermonibus suis vehens, etc., *e Philostorgio.*

Demosthenes, Atheniensis, Demosthenis, gladiorum fabri, et Cleobulæ F., orator, populo Pæaniensis qui majore diligentia et studio, quam ingenii felicitate præditus fuit, ut auctor est Hermippus, etc. (Vide supra *Batalus.*) Ad studium eloquentiæ animum appulit, cum Callistratum, pro Oropiis dicentem, vidisset. Audivit Isæum, Isocratis discipulum, ususque est orationibus Zoili, Amphipolitæ, qui Athenis eloquentiam docuit, itemque Polycratis et Alcidamantis (Gorgiæ discipuli), et ipsius Isocratis. In eloquentiæ studio socios habuit Æsionem Atheniensem et Theopompum Chium philosophum. Præterea audivit Eubulidem dialecticum, et Platonem. Decessit in Calabria, quo præ metu Antipatri, regis Macedoniæ, fugerat, cum per Archiam, histrionem, vi abstrahendus esset, hausto in æde Neptuni veneno, quod in annulo circumferebat, postquam vixisset annos LXII, etc. Mortuo, statua Athenis in foro posita est, his verbis basi inscriptis: *Si pares animo vires, Demosthenes, habuisses, numquam Macedones armis Græciam subjungassent*

Εἰ σῆρ ἴσην ῥώμην γνώμῃ, Δημοσθενες, εἶχες,
Οὔποτ' ἂν Ἑλλήνων ἦρξεν Ἄρης Μακεδών.

Demosthenes, Mhrax, scripsit *metaphrasim Iliadis* oratione soluta. *Epitomen Damageti, Heracleotæ. De poetis dithyrambicis. Metaphrasim Theogoniæ Hesiodeæ.*

Δέρας, aureum vellus quod Jason cum Argonautis in Colchidem per Ponticum mare profectus, cepit abducta simul Medea, Æetæ, regis, filia, non f vellus, ut fabulæ ferunt, sed βιβλίον ἐν δέρμασι

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

γραμμένον, liber (60) in membranis scriptus, docens, quomodo arte chemica conficiendum sit aurum. Merito igitur prisci librum illum vocarunt aureum vellus, propter artem conficiendi auri in eo comprehensam.

Dexicrates, comicus, Atheniensis, cujus fabula ὑφ' ἑαυτῶν πλανώμενοι, *se ipsos decipientes*, memoratur ab Athenæo lib. III.

Δεξιος, καὶ φύσει Θηραμένης. Theramenes, homo inconstans et tempori se accomodans, magister Isocratis, filius Agnonis, populo Steriensis (supra in *Cothurnus*). Eum trium horum suppliciorum aiunt auctorem (Athenis) fuisse, ut damnati vel vinculis ligneis constringerentur, vel cicutam biberent, vel exsilio multarentur. Videtur autem ex insula Ceo oriundus, nec Agnonis filius naturalis, sed adoptivus fuisse. Hunc Thucidides laudat.

Dexippus, Herennius. Dexippi F., Atheniensis, rethor temporibus Valeriani, Galleni, Claudii secundi et Aureliani, imperatorum Romanorum. V. Kusteri not. 7, tom. I, p. 524.

Dexippus, Cous, medicus, Hippocratis discipulus, qui, arcessitus ab Hecatomno, Carum rege, ut ipsius filios, Mausolum et Pixodarum, desperato morbo laborantes, curaret, eos ea conditione sanavit, ut bellum, quod tunc adversus Coos parabat omitteret. Scripsit *De re medica* librum unum, et *De præcognitionibus* duos.

Διαγνώμων αὐτοφυὴς, ipso naturæ instinctu discernere valens animata simulacra a cassis et numine inanibus, *Heraiscus*. Confer in Ἐπιφάνιος Εὐπρέπιος Ἡραΐσκος (*et Damascio*).

Diagoras, Teleclidæ vel Teleclyti F., Melius philosophius et ᾀσμάτων ποιητὴς, canticorum scriptor, quem, cum servus esset, Democritus, Abderita, egregio ingenio præditum cernens, decem millibus drachmarum emit et in discipulorum suorum numerum recepit. Hic operam dedit etiam poesi lyricæ, Pindaro et Bacchylidi æqualis, ut Menalippide antiquior, floruit Olymp. LXXVIII. Cognominatus est Atheus, quoniam in opinionem negandorum deorum incidit, ex quo æmulus quidam pæanem ipsi furto abstulerat, et pejeranti non fecisse, nec multo post publice eumdem proferenti omnia bene cesserant. Hoc dolens Diagoras scripsit τοὺς ἀποπυργίζοντας λόγους, velut *de turri præcipitantes* dixeris, discessionem ipsius a sententia eorum, qui deos credunt, continentes. Post captam Melum Athenis habitavit, ubi mysteriorum contemptorem Athenienses proscripserunt, eique, qui Diagoram interfecisset, talentum, qui vivum adduxisset, bina talenta promiserunt. Denique vitam finiit Corinthi.

Dicæarchus, Phidiæ E., Siculus Messenius, Aristotelis auditor, philosophus, orator et geometra. Scripsit καταμετρήσεις, *dimensiones montium qui sunt in Peloponneso;* Ἑλλάδος βίον, *Vitam Græciæ libris III. Rem Spartanorum.* Hic liber ut [illegible] in Ephororum prætorio puberibus aus[illegible] legeretur, lege sancitum fuit apud Lace[illegible] et longo tempore observatum.

Dicæarchus, Lacedæmonius, grammat[illegible] ditor Aristarchi.

Dicæogenes, qui tragœdias et dithyram[illegible] psit.

Διικάζεσθαι Βίαντος τοῦ Πριηνέως χρείσ[illegible] in *Bias*.

Dictys, historicus, scripsit *Ephemerid[illegible] rerum, post id tempus gestarum, in qu[illegible] desinit, libros IX* oratione prosa. *Res Ile[illegible]* hæc Τρωϊκὸν διάκοσμον, *de raptu Helenæ [illegible] lao et omnibus historiæ Trojanæ partibus.* Cre[illegible] motu quassata tempore Claudii imp., in s[illegible] cujusdam hiatu opus historicum Dictys [illegible] Trojano repertum fuit, quod Claudius [illegible] pisset, describendum curavit. [Conf. Kuste[illegible] 1, pag. 590.]

Διδάσκαλοως peculiariter vocant poetas dithy[illegible] bicos vel comicos vel tragicos.

Dydimus, Ateius vel Attius, philosophus [illegible] micus, scripsit πιθανῶν καὶ σοφισμάτων [illegible] *probabilium et sophismatum solutiones* libr[illegible] alia multa.

Didymus, Didymi, salsamentarii, Alexan[illegible] grammaticus Aristarcheus, qui vixit tempo[illegible] Antonii et Ciceronis usque ad Augustum. [illegible] *therus* vocatus propter assiduitatem, qua [illegible] legendis et scribendis est usus. Aiunt [illegible] ultra MMMD libros conscripsisse. Compa[illegible] Kusteri nota 2, tom. II, pag. 574.

Didymus junior, Alexandrinus [illegible] qui Romæ ἐσοφίστευσεν, sive *eloquentiæ* [illegible] Scripsit πιθανὰ, *probabilia* (61) et alia p[illegible] que optima.

Claudius Didymus, grammaticus, scripsit τῶν ἡμαρτημένων παρὰ τὴν ἀναλογίαν Θουκ[illegible] *de iis, quæ præter analogiam a Thucydide [illegible] dicta sunt.* Περὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις ἀναλογία[illegible] *analogia Latinorum. Epitomen Heracleonis* [illegible] *quædam.*

Didymus, Heraclidæ F., grammaticus, qui [illegible] Neronem vixit, et magnas divitias sibi compar[illegible] et musicus valde insignis fuit *et* πρὸς μίλη ad[illegible] *mina componenda aptus.*

Didymus, Alexandrinus, de *rustica* libros I scripsit.

Apostolus Thomas cognominatus *etiam fuit* [illegible] dymus.

Διεξοδικούς Rhetoricæ differentia a *dialecti* ex Alexandro Aphrodisiensi (in I Topicor.)

Δίγλωσσος Anacharsis, Scytha, at matre *Græ[illegible]* natus, et ideo bilinguis, qui etiam Scythis loc[illegible] tulit.

(60) Eusthatius ad Dionysii periegesin v. 689. Ὁ Χάραξ τὸ χρυσοῦν δέρμα μέθοδον εἶναι λέγει χρυσογραφίας, μεμβράναις ἐμπεριελημμένην, δι ἣν, ὡς λόγου ἀξίαν τὴν τῆς Ἄργους καταρτισθῆναι [illegible] λον φησί.

(61) Hæc Dydimi Ateii videntur fuisse.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

nachus, Corinthius, unus ex X oratoribus, A
›sit secundum quosdam orationes CLX, vel,
l verius videtur, LX, omnes forenses, publicas
›, alias privatas. Obiit Peloponnesi præfectus
ntipatro constitutus, Polysperchonte post An-
tri obitum ei struente insidias.

inolochus, Syracusanus sive Agrigentinus, co-
us, vixit olympiade LXXIII. Epicharmi filius,
ut quidam tradunt, discipulus, Docuit fabulas
, Dorica dialecto scriptas.

iocles, Atheniensis aut Phliasius, comicus anti-
s, æqualis Sannyrionis et Philylii. Fabulæ ejus :
ττα (meretricis hoc nomen, teste Athenæo),
ιτται, Ὄνειροι, Βάκχαι, Θυέστης β'. Hunc aiunt
enisse harmoniam quamdam musicam, ex sono
tabulorum et vasorum fictilium constantem,
e bacillo ligneo percutiebat. B

›iocletianus libros *De chemia* igni tradidit, etc.
›ra, in *Chemia*.

›iodorus, monachus, Juliani et Valentis impp.
ıporibus vixit et Tarsi in Cicilia episcopus fuit.
ipsit varia, ut Theodorus Lector in Hist. eccle-
stica tradit, « Interpretationes in totum Vetus Test.
enesin, Exodum et reliqua. In Psalmos. In quatuor
ros Regum. In loca difficiliora Paralipomenon. In
roverbia. Quomodo differat theoria (62) et allego-
ria. In Ecclesiasten. In Canticum canticorum. In
›rophetas. Chronicon, in quo errata ab Eusebio
Pamphili admissa emendantur. In IV Evangelia. In
Acta apostolorum. In Epistolam Joannis evange-
istæ. De eo, quod sit unus Deus in Trinitate. Con-
a Melchisedecitas. Contra Judæos. De resurrec- C
one mortuorum. De anima. Contra diversas de ea
æreticorum opiniones. Ad Gratianum capita.
Contra astronomos et astrologos et fatum. De
sphæra et VII zonis et contrario astrorum motu.
De Hipparchi sphæra. De Providentia. Contra Pla-
tonem de deo et diis. De natura et materia, in quo
opere tractatur de eo, quod justum est. De Deo et
falsa Græcorum materia. Naturas invisibiles non
elementis, sed una cum illis ex nihilo factas esse.
Ad Euphronium, philosophum, per interrogationes
et responsiones. Contra Aristotelem de corpore
cœlesti. Quomodo sol sit calidus. Contra eos, qui
cœlum animal dicunt. De eo, quomodo opifex qui-
dem semper, opera vero ejus non semper » (fue-
int aut permaneant). « Quomodo velle et nolle D
sint in Deo æterna. Contra Porphyrium de ani-
« malibus et sacrificiis.

Valerius Diodorus, philosophus, Teleclis discipu-
lus, Alexandrinus, filius (Valerii) Pollionis, philo-
sophi, qui de vocibus Atticis scripsit. Vixit Adriani
Cæsaris temporibus.

Diodorus, Siculus, historicus, scripsit Bibliothe-
cam, quæ Historiam Romanam et variam libris XI
complectitur. Vixit temporibus Augusti et ante
illum.

Diodorus, comicus, cujus dramata : Αὐλητρὶς, ἐπίκληρος et πανεγυρισταὶ ab Athenæo memorantur.

Diogenianus. Heracleota, Ponticus, temporibus Adriani, grammaticus. Videndum an non forsan sit medicus, ex Albace Heraclea, oppido Cariæ, oriundus : erat enim omni doctrinæ genere eruditus, neque expresse traditum reperi esse ex Heraclea Ponti, sed ita nonnulli opinantur. Libri ejus hi sunt : *Omnis generis vocabula ordine alphabetico libris V.* Est autem epitome vocabulorum, quæ Pamphilus et Zopyrion libris XCV exposuerant. « Florilegium epigrammatum ; de fluminibus, lacu-
« bus, fontibus, montibus et promontoriis ; Flumi-
« num brevis recensio secundum ordinem alpha-
« beticum ; Collectio et Tabula omnium totius ter-
« ræ urbium, » et alia.

Diogenes, Hicesii, trapezitæ, F., Sinopensis, primum Cleon (Menag. Κλέων) cognominatus, patria, quod monetam adulterasset, profugus, Antisthenem, cynicum, sectatus est, magis quas habebat opibus contemptis. Senex a Scirtalo, pirata, captus et Xeniadæ, Corinthio, venditus apud cum permansit, nec ab Atheniensibus nec ab amicis redimi volens. Obiit olymp. CXIII, cum curationem cruris, a cane admorsi, neglexisset, eodem die quo Alexander Babylone obiit, etc.

Diogenes, vel Diogenianus, Cyzicenus, grammaticus, scripsit *Origines Cyzici* ; Περὶ τῶν ἐν τοῖς βιβλίοις σημείων, *De notis criticis librorum. De poetica. De elementis.*

Diogenes vel Œnomaus, Atheniensis, tragicus, tempore sublatorum XXX tyrannorum. Fabulæ ejus sunt « Achilles, Helena, Hercules, Thyestes, Medea,
« Œdipus, Chrysippus, Semele. »

Dion, Hipparini F., Syracusanus, philosophus Platonicus, Aristomachæ, uxoris Dionysii prioris, Siciliæ tyranni, frater, cujus filium, Dionysium juniorem, ejecit, dejectus vicissim a fratre ipsius, Nisæo. Scripsit *Epistolas* ad Platonem et alios quosdam.

Dion Cassius, cognomine Cocceius vel Cocceianus, Nicænus, historicus temporibus Alexandri, Mammææ filii. Scripsit *Historiæ Romanæ libros LXXX*, qui in decades distributi sunt. Item « Persica, Getica
« (63), Ἐνόδια, τὰ κατὰ Τραϊανὸν, res a Trajano ges-
« tas, Vitam Arriani philosophi. »

Dionysius, Areopogita, doctrinæ Græcorum peritissimus, Paulo Atheniensi audito, ad religionem Christianam conversus atque inde episcopus Athenarum constitutus est. Tiberii temporibus in Ægyptum profectus erat, comite Apollophane, sophista, eodem, quem Polemo, Laodicensis, magister Aristidis, Smyrnæ audivit. Tempore passionis Christi ambo erant Heliopoli in Ægypto, cum solem luna plena obscuratum observans Apollophanes : *Obone*

(62) Id est h. l. sensus abstrusior et mysticus, cui opponitur τὸ ῥητὸν, sive sensus litteralis. V. Kuster I, pag. 593, not. 4. HARL.

(63) Hæc Dionis, Prusæi, potius sunt.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Dionysi, inquit, ἀμοιβαὶ θείων πραγμάτων, *vices sunt rerum divinarum*. Cui Dionysius ; Ἢ τὸ θεῖον πάσχει, ἢ τῷ πάσχοντι συμπάσχει. *Vel Deus patitur, vel compatitur cum patiente*. Scripsit Dionysius ad Timotheum, Pauli discipulum et episcopum Ephesi, *De divinis nominibus libros XII* (imo capita, quorum titulos deinceps bis Suidas recenset, omisso decimo tertio περὶ τελείου καὶ ἑνός). « De ecclesiastica hierarchia, capita XV. De cœlesti hierarchia, capita XV, » a quo male tanquam distinctum refert Suidas περὶ τῶν οὐρανίων ταγμάτων καὶ ὅσα τῷ ἀριθμῷ. *De mystica theologia capita V*. Epistolæ quatuor ad *Caium*, monachum. Singulæ *ad Dorotheum*, publicum ministrum, ad *Sopatrum*, sacerdotem, ad *Polycarpum*, episcopum Smyrnæ (ex qua Suidas adducit locum de eclipsi jam memorata), ad *Demophilum*, monachum, et ad *Joannem* theologum, apost. et evangelistam. Sciendum est, quosdam externorum sapientum, præcipue Proclum, Dionysii theorematibus, interdum ipsis verbis usos fuisse. Hinc suspicari licet, vetustiores philosophos, qui Athenis erant, illius opera, quorum ipse meminit, ad Timotheum scribens, sibi vindicasse eaque occultasse, ut ipsi divinorum ipsius sermonum auctores viderentur. Hic plenus dierum, martyrio spiritus consummatus est tempore Trajani imp., eodem, quo divinus Ignatius. Magni Dionysii encomium scripsit Michael Syncellus, Hierosolymitanus.

Dionysius, Terus, Alexandrinus, a patre Tero, Thrax, Aristarchi discipulus, grammaticus, qui Romæ docuit Pompeii Magni temporibus et Tyrannionis prioris magister fuit. Plurima scripsit grammatica et syntagmatica et commentarios.

Dionysius Alexandrinus, Glauci F., grammaticus, qui tempore Neronis et sequentium impp. usque ad Trajanum vixit et bibliothecis præfuit, et ab epistolis, legationibus et responsis fuit. Idem Parthenii, grammatici, magister, discipulus Chæremonis philosophi, cui etiam Alexandriæ successit.

Dionysius, Alexandrinus, cujus inveni Commentarium valde disertum in Ecclesiastem Salomonis.

Dionysius, Alexandri F., Halicarnasseus, orator, et omni genere doctrinæ excultus, Cæsaris Augusti temporibus vixit. Ex hujus posteris fuit Dionysius, Atticista, sub Adriano imp.

Dionysius, Halicarnasseus, qui vixit tempore Adriani imp., sophista, cognomento Musicus, quod in arte musica valde exercitatus esset. Scripsit *Commentariorum rhythmicorum* libros XXIV. *Historiæ musicæ* libros XXXVI, in quibus tibicinum, citharœdorum et poetarum omnis generis mentionem facit. *Doctrinæ musicæ* sive *Diatribarum* libros XXI. « De iis, quæ in Rep. Platonis musice « dicta sunt. »

Dionysius, Byzantius, poeta epicus. Scripsit « De- « scriptionem navigationis per Bosporum. De thre- « nis » poema refertum epicediis.

A **Dionysius, Corinthius**, poeta epicus. « Præcepta morum. Causarum libri. Re- « ca ; » Et oratione soluta « Commenta- « siodum. Orbis terrarum descriptio- « bus heroicis. Hæc autem reperiuntur a « qui Lithiaca seu de lapidibus scripsit, [illegible] « horum sit auctor, ignoro.

Dionysius, Milesius, historicus, « Res po- « gestas V libris descripsit. Orbis descr. « Persica. » Ionica dialecto, « Rerum I. « libros tres : faculas. Κίαλον ἱστορικόν q. « storicum libris VII. »

Dionysius Mitylenæus, poeta epicus, [illegible] βραχίων et sutor dictus fuit. Scripsit « Ba- « nervæ expeditionem : Argonautica [illegible] oratione soluta : *Mythica ad Permessia*.

B **Dionysius, Musonii F., Rhodius** aut Sa- storicus, qui etiam sacerdos fuit tempo- illic erat. Scripsit Ἱστορίας τοπικάς, hist certarum regionum *Historias* libris VI. « scriptionem, Ἱστορίας παιδευτικάς, Hist « titutionis libros X. » Existimo, Dionysium bem descripsit, Byzantium fuisse (Vossius thynum, propter fluvium, Rhebam.

Dionysius, Siciliæ tyrannus, scripsit *Ia* et *Comœdias* et *Historias*.

Dionysius, filius Siciliæ tyranni, et ipse et philosophus, scripsit *Epistolas* et *Dra Epicharmi*.

Διονύσια σκώμματα, dicteria in Bacchu

C **Diopithes** legem tulerat, teste Ælian Piræo pernoctanti, capitale esset. Ipse nomine, cum aliquando, vespera [illegible] Piræo noctem mansisset, ab inimicis [illegible] satus.

Dioscorides, Anazarbensis, medicus, Φακᾶς, ob lentes quas in facie habebat Cleopatram Antonii tempore, scripsit XXIV, omnes de re medica, eosque celeb

Dioscorius, Miræus, grammaticus, urbi et prætorio, qui Leonis imp. filius docuit. Infra Θυάτειρα.

Dioxippus, Atheniensis, comicus. Ejus 'Αντιπορνοβοσκὸς, Φιλάργυρος, Ἱστοριογρά- δικαζόμενοι.

Διφθέρα. Εἰς διφθέρας, in *pellibus* scripta cu

D sua Thoracion cum hostibus in Laconia com nicabat.

Dipnosophistæ, liber valde utilis, cujus Athen auctor est. Ulpianus unus Dipnosophistarum Supra. κειτούκειτος.

Dithyrambodidascali. Hi de rebus, quæ in sol fiunt et nubibus, multa dicere solebant, vocibu compositis utebantur, dicentes exempli caus ἀστριανεριτνηχέτους. Talis erat *Ion*, Chius, p qui poema fecit, cujus initium est : Ἀοῖον φοίταν ἀστέρα μῆνα μέν (64) unde *Aristophanes* cans, *matutinam stellam* eum vocatum fuisse

(64) Sed Kuster ex scholiaste Aristoph. corrigere jubet ἀστέρα μείναμεν, etc. *matutinam et asiqua stellam exspectavimus*, etc. HARL.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

autem valde celebris, scripsitque Comœdias, A
pigrammata et soluto sermone πρεσβευτικόν.
at etiam Socratis, philosophi, in eum λόγος.
imachus etiam in Choriambis ejus meminit,
ue multa scripsisse. *Dithyrambus* vero dicitur
acchus (quod per binos quasi fores in lucem
lierit tum uteri matris, Semeles, tum Jovis
orum), et hymnus in Bacchum. Denique Διθυ-
δων νοῦν ἔχεις ἐλάττονα dicitur de hominibus
idis et inconsideratis.

όγματα. Plato, quæ vera esse percipit, enuntiat,
a coarguit, de incertis sustinet assensum. Atque
his, quæ vera ipsi videntur, quatuor personas
uentes inducit, Socratem, Timæum, et hospitem
ieniensem atque Eleatem : qui non sunt Plato
e et Parmenides, sed duæ fictæ personæ, etc. B
ilosophorum alii mundum ortum habuisse, alii
u caruisse dicunt. Item alii animatum, alii vero
nimatum eum statuunt. Anaxagoras vero et Py-
agoras, in Ægyptum profecti, et Ægyptiorum et
bræorum usi consuetudine, rerum cognitionem
illis hauserunt. Postea vero et Plato, ut Plutar-
us in Parallelis refert. Quin etiam Ægyptii primi
m et lunam deos vocarunt. Osirim et Isidem,
οὺς a θεῖν *currere*, etc.

Domitianus Nervam, ut imperio insidiantem,
novit et Apollonium Tyaneum, ut Nervæ amicum,
mprehensum totondit, et vinctum in judicium
lduxit. Cum vero philosophus illi non cederet, de-
idens ejus acta, verecundia commotus eum dimisit.
unc ad eum Apollonius : *Nequaquam me occides;* C
ecdum enim fato maturus sum, Οὐ μέν με κτενεῖς,
τεῖ οὔ τοι μόρσιμός εἰμι. Atque e vestigio ipsum
vanuisse ferunt. Hic et philosophos et mathemati-
os Roma expulit. Sub hoc et Joannes evangelista
i Patmum relegatus. Idem etiam, Davidici generis
omines, τοὺς ἀπὸ τοῦ γένους Δαβὶδ interfici jussit,
nultique sub eo Christiani martyres facti sunt.
ed Nerva Joannem Theologum exsilio liberavit.

Domninus, philosophus, natione Syrus, ex Laodi-
cea, vel Larissa, urbe Syriæ, Syriani discipulus et
Procli condiscipulus, ut ait Damascius. In mathema-
ticis disciplinis exercitatus, in aliis philosophiæ par-
tibus etiam ἐπιπολαιότερος, minus accuratus. Quare
et multa in Platonicis dogmatibus innovavit, unde
Proclus adversus eum scripsit Πραγματείαν καθαρ-
τικὴν τῶν δογμάτων τοῦ Πλάτωνος, *Repurgationem*
Platonicorum dogmatum. Ab Æsculapio jussus, quod
sanguinem exspueret, suillis carnibus vesci, obse-
cutus est : at Plutarchus, Atheniensis, Æsculapii
statuam intuens, in templi enim vestibulo dormie-
bat : O domine, inquit, quid si Judæo, hoc morbo
laboranti remedium commendasses? Itaque Escu-
lapius, statim ex statua sonum suavissimum edens,
aliam curandi morbi rationem ei præscripsit. Ad
Dominum jam ætate provectum accessit Asclepia-
des, adolescens, et arithmeticum ipsi theorema
præposuit, etc.

Dorius cantus, Δώριος αὔλησις, est modus quidam musicus, ut etiam Lydius et Phrygius. — Δῶριος οἰκονομία, *Modus Dorius*. — *Dorius* præterea est nomen proprium et *Doriscus* nomen loci.

Dorus (Δῶρος), Arabs, quem Damascius in Historia philosophica ait fuisse veritatis acerrimum indagatorem. Hunc Isidorus, philosophus, initio sensit Aristotelicis opinionibus irretitum, et paulatim revocavit ad illas Platonis magnificæ scientiæ sublimes et illustres sententias, ut rejecta illa Peripatetica subtilitate, res minutas colligente, se conferret ad illam, quæ per Prometheum quemdam cum ignis splendore cœlitus ad homines demissa est, dialecticam, quæ est mentis et prudentiæ purissima αὐτοψία sive inspectio.

Δόσις. Apud oratores peculiariter sic vocantur tabulæ testamenti, in quibus quis, quæ sua sunt, alteri dat, interveniente magistratuum sive archontum auctoritate.

Draco, Atheniensium legislator. Hic cum Æginæ in theatro propter leges latas lætis acclamationibus celebraretur, pluribus petasis et tunicis et palliis in ejus caput injectis, suffocatus est, et in ipso theatro sepultus. Vixit iisdem temporibus, quibus septem sapientes, aut potius fuit illis antiquior. Cum senex jam esset, olympiade XXIX leges Atheniensibus tulit. Ὑποθήκας, sive *vitæ degendæ præcepta* scripsit tribus circiter versuum millibus.

Draco, nepos Hippocratis medici illius celeberrimi, filius Thessali, pater Hippocratis cujus filius rursus fuit Draco, et ipse medicus, qui Rhoxanen, Alexandri Macedonis conjugem, curavit.

Draco Stratonicensis, grammaticus, scripsit *De arte grammatica : Orthographiam :* Περὶ τῶν κατὰ συζυγίαν ὀνομάτων, *De conjugatis nominibus : De pronominibus : De metris versuum : De satyris : De Pindari carminibus* : *De Sapphonis metris* : *De Alcæ carminibus.*

E

Ἐκβιαστής. Ἄμφω γάρ εἰσιν ἐκβιασταὶ τῆς δίκης, καὶ νύττουσιν ἡμᾶς πρὸς τὸ τῆς δίκης πέρας, *ambo sunt acres exactores juris, qui nos stimulis ad justitiam exactissimum incitant.* Hæc de Gregorio et Basilio.

Ἐκκέκοφθ' ἡ μουσική, *excisa est musica.* Cum veteres olim in conviviis eruditas quæstiones tractare solerent, posteri psaltrias et citharistrias et saltatrices earum loco introduxerunt. Unde quidam καινοτομίαν, novitatem hanc reprehendentes, proverbio illo usi sunt.

Ἐκ Μασσαλίας ἥκεις, *e Massilia venis*, dicitur de hominibus effeminatis et delicatis, quales Massilienses olim fuisse dicuntur.

Ἐλατήρ.

Εἰδήσεις Ἀλκμᾶνα, λύρης ἐλατῆρα Λακαίνης
Ἔξοχον, ὃν Μουσῶν ἐννὲ' ἀριθμὸς ἔχει.

Cognosces Alcmanem, lyram Laconicam scite pulsantem, quem novem Musæ habent.

Elea, patria Zenonis, olim Hyele, Phocæensium

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

colonia, oppidum obscurum, et quod bonos tantum viros alere poterat. Hanc Zeno magis amabat, quam Atheniensium jactantiam ; itaque raro apud illos versatus in patria consenuit.

Ἐλεγείρειν (65) pro *delirare* quidam veterum dixerunt. Et sunt, qui carmen elegiacum hinc dictum putent. Theocles, Naxius aut Eretriensis, insania correptus, carmen hoc primus cecinit.

Elegus, carmen lugubre sic appellatum, quod sæpe in eo ἔ ἔ dicatur. Vel lamentationes quæ ad tibiam canuntur. Postea Midiam, Gordii filium, dum regnaret, tibiam ad aras et sacrificia transtulisse dicunt, quod matrem suam defunctam in dearum numerum referre vellet.

Eleusius, Cyzicenus et Marathonius, et CPol. non quidem magna dicendi facultate præditi, sed austero vitæ genere et fictæ modestiæ simulatione magnam adepti auctoritatem, plurimos sectatores sibi conciliarunt et monasteria, ingenti hominum utriusque sexus multitudine referta, instituerunt.

Empedocles, Metonis, vel Archinomi, vel Xeneti F., frater Callicratidis, primo audivit Parmenidem, cujus etiam, ut Porphyrius in Historia philosophica auctor est, amasius fuit. Alli aiunt fuisse Telaugis discipulum, Pythagoræ filii. Agrigentinus, philosophus physicus, Pythagoræ sectam secutus, quam etiam æmulatus est Apollonius Tyaneus, etc. Discipulum habuit Gorgiam, Leontinum oratorem. Scripsit versibus heroicis *tres libros* Περὶ φύσεως τῶν ὄντων. *De rerum natura*, sunt autem versuum circiter duo millia. Item *De re medica* oratione soluta, et multa alia. etc. *Empedoclis inimicitia*, proverbium, quod dicitur de iis qui diuturnas inimicitias adversus aliquos gerunt.

Empedotimus scripsit περὶ φυσικῆς ἀκροάσεως, *De physica auscultatione*, de quo (Julianus) ὁ παραβάτης in opere quod *Cronia* inscribitur : « Nos autem, Empedotimo et Pythagoræ credentes, et iis « quæ Heraclides Ponticus ab illis accepta tradi- « dit, et paulo ante inclytus ille rerum divinarum « interpres Jamblicus nobis ostendit.

Ἐνιαυτὸς Μέτωνος, *annus Metonis*, id est orbis annorum XIX. Meto enim, mathematicus, periodum temporis ex XIX annis constantem invenit.

Ennius, poeta Romanus (id est Latinus), quem Ælianus laude dignum esse ait, quod Scipionem magnifice extollere cupiens scripsit, solum Homerum laudes illo dignas canere posse, adeoque præstantiam ejus intelligere se demonstravit poeta Messapius (hoc est Ennius, qui a Messapo rege suam repetebat originem).

Ἐν πέντε κριτῶν γόνασι. *In quinque judicum genibus*. Olim quinque judices de comicis judicabant, A ut ait Epicharmus. Dictum ad imitationem θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. Olim in genibus habebant ea quæ nunc in tabellis scribunt

Epaphroditus, Chæronensis, grammaticiæ, Alexandrini, grammatici, alumnus apud institutus, a Modesto, Ægypti præfecto, cujus filium Pitelinum institit. Claruit tempore Neronis ad Nervam usque : quo tempore Ptolemæus Hephæstionis filius vixit, et multa doctrina clari. Idem cum libros subinde ex XXX mille sibi comparavit, eosque bonos et vulgares. Corpore fuit magno et nigro instar phantiaci (ὡς ἐλεφαντιώδης). Habitavit in P nocoriis, ubi binas ædes habuit. Decessit intercute, annum agens LXXV, multaque reliquit. V. notam 1, pag. 790.

B Ἐπειοῦ δειλότερος, *Epeo timidior*, Cratinus micus, dicebatur, fortasse quod, cum Epeus bui præesset, timidior videretur. Epeus eu dus erat.

Ephectici philosophi sic appellati ab ἐπέχειν *inhibere*, quod assensum de rebus inhibeasque comprehendi non posse statuerent δογματίζειν (66) αὐτὰ ἀκατάληπτα.

Ephesiæ litteræ, id est incantationes quæ obscuræ, quas et Crœsum in rogo dixisse Et Olympiæ Milesio et Ephesio luctantibus Milesium luctari non potuisse, quod alteri Ephesias talo pedis alligasset. Ea autem perta, litterisque illis solutis, *Ephesium* fuisse prostratum.

C Ephippus, Atheniensis, comicus media diæ.

Ephippus, Cumanus, filius Demophili chi, Isocratis oratoris auditor, historicus habuit Demophilum, historicum. Vixit XCIII, ita ut Philippi Macedonis regnum rit. Scripsit Historiarum ab Ilii expugnatione janoque bello ad sua usque tempora « libros III « De bonis et malis libris XXIV : Rerum bilium τῶν ἐκαστάχοῦ, quæ in quavis re « observantur, libros XV ; De rebus quas qui « invenit libros II, et alia.

Ephorus, Cumanus, et Theopompus, Damasistrati F., Chius, ambo Isocratis discipuli, sed ingenio stylo quam maxime inter se discrepantes. Nam D Ephorus ingenio erat simplici, et quod ad dictionem ejus historicam attinet, supinus et segnis semper remissus. Theopompus vero ingenio erat acerbo maligno ; at dictione copiosus et *densus*, ac mentiæ plenus : cætero qui veri studiosus in iis scribebat. Isocrates igitur hunc frenis, Ephorum vero calcaribus indigere dixit. Theopompus ante

(65) At Küsterus e codd. Paris. et propter litterarum seriem edidit ἐλεγεῖνειν. HARL.

(66) Fallitur Suidas, Scepticis tribuens, quod fuit quorumdam Academicorum. Nam Sceptici nihil statuerunt neque ἐδογμάτισαν, sed tantummodo dubitare se profitebantur. Vide, si placet, quæ notavi ad Sextum Empiricum.

(67) Küster ad h. l. tom. II, pag. 919. not. 8, τριάκοντα τὸ ἐξῆς πεσεῖν legere malit τρὶς τὸ ἑξῆς *ter dejectum fuisse* ab adversario, suamque emendationem late pulchreque explicat probatque. HARL.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

xsilium ejectus, supplex ad templum Dianæ
iesiæ confugit. Multas etiam epistolas contra
os ad Alexandrum misit, eumdemque multis
dibus ornavit. Dicitur etiam vituperationem
s scripsisse, sed quæ non exstat.

Epicharmus, Tityri vel Chimari vel Sicidis filius,
acusanus, vel ex Sicanorum civitate, Crasto,
una cum Phormio comœdiam Syracusis invenit.
cuit fabulas LII, vel, ut Lycon ait, XXXV. Qui-
n tradunt ipsum fuisse Coum, unum ex iis qui
n Cadmo in Siciliam migrarunt; alii Samium;
Megaris, urbe Siciliæ oriundum. Fuit sex annis
.e bellum Persicum Syracusis docens; quo tem-
-e Athenis Euetes et Euxenides et Mylus fabulas
ebant.

Epicrates, Atheniensium orator, σακεσφόρος *bar-*
er appellatus, cujus meminere Aristophanes,
ito comicus et Demosthenes, orat. *De falsa lega-*
ne. Alius, cujus meminit Lycurgus, orat. *De*
ministratione ærarii quem sexcenta talenta in
nis habuisse aiunt. Alius Epicrates, Æschinis
toris affinis, qui Cyrebion cognominabatur, teste
mosthene, orat. contra Æschinem.

Epictetus ex Hierapoli Phrygiæ, philosophus,
rvus Epaphroditi, unius de satellitibus imp. Ne-
nis. Ob defluxionem altero crure debilis in novæ
iri urbe, Nicopoli, habitavit et vitam usque ad M.
ntonini imperium produxit. Scripsit multa. Theo-
bius, philosophus multa ex Epicteti scholis desum-
a dixit, alia ei ipse excogitavit. Quare et præcepta
tæ talibus libris complexus est et posteritati reli-
uit, qualibus et Epictetus, ita ut nostri temporis
pictetus esse videatur, exceptis tamen opinionibus
oicis. Theosebius enim nullius scriptoris opinio-
es tam amplectebatur et admirabatur, quam Pla-
nis veritatem. Quinetiam quemdam libellum
onscripsit, de rebus in magni Politia (Platonis)
leganter dictis. Quamvis remp. non attigit, sed
rivatum coluit vitæ genus, cui et Socrates ille et
Epictetus καὶ πᾶς εὖ φρονῶν, et quilibet cordatus
studet, etc., *ex Damascio*.

Epicurus, Neoclis F., Atheniensis, populo Garget-
tius, matre Chærestrata, frater Neoclis, Chæredeni
et Aristobuli, sive Aristodemi, philosophari cœpit
ab anno duodecimo ætatis: pecularis sectæ conditor
Et primum quidem Sami cum parentibus commo-
atus est, deinde Mitylenæ annum unum scolæ
præfuit, postea Lampsaci docuit, et denique Athenis
n horto suo. Audivit Nausiphanem Democriteum
et Pamphilum, Platonis discipulum. Natus est
Olympiade CIX, septem annis post mortem Platonis
et vitam produxit usque ad successores Alexandri
M. et Antigonum, qui Gonatas dictus est. Schola
ejus permansit usque ad Cæsarem primum annos
CCXXXVII, et infra tempus istud XIV successores
habuit. Scripta ejus sunt multa. In testamento suo
jussit Metrodoro et Polyæno sodalibus suis semel

A quotannis parentari, sibi vero bis, etc. Epicurei
SCto Roma sunt ejecti, eosdem expulere Messenii
in Arcadia, iisque expulsis totam urbem a Timu-
chis, magistratibus suis, fecerunt purgari velut
sordibus quibusdam et purgamentis liberatam. In
Creta quoque Lyctii (68) quosdam Epicureos, illuc
profectos, expulerunt, legemque tulerunt : « Epi-
« curei sapientiæ effeminatæ et degeneris ac tur-
« pis inventores diisque invisi per præconis vocem
« Lycto excedere jubentor, » etc.

Epigenes, comicus. Ex ejus fabulis sunt Ἡρωΐνη,
Μνημάτιον, Βακχεί (aut uti Kuster ex Athenæo IX,
pag. 184, malit Βάκχαι). Athenæo memoratæ. Duarum aliarum nomina addit Kust.

Ἐπίγραμμα. Omnes inscriptiones, quamvis non
B constent versibus, dicuntur epigrammata.

Epylicus, poeta comicus. Ex fabulis ejus est χοραλίσκος, ut testis est Athenæus, lib. IV, pag. 133 et 146, ubi scribitur Κωραλίσκος.

Epimenides, Phæsti aut Dosiadæ aut Agiasarchi F., matre Blasta, Cretensis Cuossius, poeta epicus. Hujus animam ferunt corpore excessisse, quandiu ipse voluisset, et postea in illud reversam esse, cutemque longo post mortem ejus tempore inventam γράμμασι κατάστικτον, litteris notatam. Unde proverbium ἐπιμενίδιον δίρμα de rebus reconditis. Vixit Olympiade XXX, ut et septem sapientes Græciæ antecesserit ætate, vel saltem illos attigerit. Hic jam senex Athenas, Cylonio scelere pollutas, lustravit Olymp. XLIV. Scripsit multa versibus : itemque
C oratione prosa, mysteria quædam et lustrationes et alia ænigmatica. Ad hunc Solon legislator scripsit, reprehendens urbis lustrationem. Vixit annos CL et sex continuos dormivit.

Epinicus et ipse comicus, ex cujus fabulis Ὑποβάλλόμεναι Athenæo memoratæ.

Epiphanius, Ulpiani F., Petræus, sophista, qui et in patria, Petra, et Athenis docuit. Scripsit Περὶ κοινωνίας καὶ διαφορᾶς τῶν στάτεων « De iis quæ « status causarum inter se communes habent et in « quibus differunt. Progymnasmata. Declamatio-« nes. Orationes Demarchicas. Orationem Pole-« marchicam Λόγους ἐπιδεικτικούς, sive *Eloquentiæ specimina* et *Theoremata* quædam *miscellanea*.

Epiphanius, episcopus Constantiæ, urbis Cypri,
D olim Salamis dictæ. Scripsit contra omnes hæreses, libros, qui *Panaria* vocantur. Item alia multa, quæ a doctis propter res ipsas, ab indoctis propter stilum leguntur. Decessit in extrema senectute.

Epiphanius, episcopus Selybriæ, sive Olibriæ. Scripsit λόγον ἀντιῤῥητικὸν κατ' εἰκονοκαυτῶν, λίαν ὠφέλιμον, librum valde utilem contra eos qui imagines cremabant.

Epiphanius et Euprepius, Alexandini, initiorum sive mysteriorum, apud Alexandrinos receptorum peritissimi: Euprepius quidem illorum, quæ Persica

(68) Confer *Tristanum*, tom. I, pag. 445.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

vacabantur ; Epiphanius illorum, quæ in Osidiris honorem celebrabantur, et celebratissimi Dei Æonis, etc. (Ex Damascio.)

Epistola [IX) Juliani parabatæ, ad Porphyrium, catholicum, quæ jubet copiosam Georgii (Cappadocis) bibliothecam omnis generis philosophis, multis etiam commentariorum scriptoribus refertam, in quibus et multa ac varia Galilæorum scripta, universam ad se Antiochiam transmitti.

Ἐποποιία, sic vocatur historia heroico versu scripta. Nam poesis, quæ caret fabula, est epopœia.

Erasistratus, Juliates Ceius ex Juliade, Cei insulæ oppido, filius Cretoxenæ, Medii medici sororis, et Cleombroti. Hic Antiochum regem, Stratonices novercæ amore laborantem, sanavit. Sepultus est juxta montem Mycalen. e regione Sami. Scripsit *De re medica libros IX.*

Eratosthenes, Aglai vel Ambrosii F., Cyrenæus, Aristonis, philosophi, Chii. et Lysaniæ, Cyrenæi, grammatici, et Callimachi, poetæ, discipulus. Arcessitus Athenis a Ptolemæo tertio ad quintum usque vixit. Hic quod in omni doctrinæ genere secundum locum teneret et viris summis proximus esset, *beta* vocatus est. Alii eum Platonem secundum vel juniorem, alii πένταθλον et quinquercionem appellarunt. Natus est CXXVI Olympiade, obiit ætatis anno LXXX, ex inedia propter hebetatam oculorum aciem, relicto insigni discipulo, Aristophane, Byzantio, cujus discipulus fuit Aristarchus, hujus vero Mnaseas, Menander et Aristis. Scripsit philosophica, poemata et historias. *Astronomiam* sive *catasterismos* de iis qui inter astra relati sunt. Item *De philosophorum sectis. De vacuitate doloris. Dialogos* multos et multa *grammatica.*

Erennius cognomen fuit Philonis Byblii, ut ipse dicit.

Erinna, Teia vel Lesbia, vel, ut alii, Telia, ex Telo, parva insula prope Cnidum fuit ἐποποιὸς, poetria epica, scripsitque Ἠλακάτην, quod est poema, Æolica et Dorica dialecto scriptum, versibus CCC. Fecit et epigrammata. Obiit virgo, XIX annos nata, amica et æqualis Sapphonis. Versus ejus judicati sunt Homericis pares,

Eriphus, comicus, ex cujus dogmatibus Αἰόλος, πελταστὴς, μελίβοια, ut Athenæus, libro XIV Dipnosophist.

Ἐς Μασσαλίαν πλεύσας, *Massiliam navigans*, de iis dicitur, qui effeminate et molliter vivunt, V, supra, ἐκ Μασσαλίας, et Athen. XII, pag. 523.

Ἔσχατος Μυσῶν πλεῖ, *Mysorum ultimus navigat*, proverbium de iis quibus dura et difficilia imperantur, etc.

Essæi, ascetæ inter Judæos, qui Pharisæos et scribas severitate disciplinæ longe superarunt, ἐπιμελοῦνται τῆς ἠθικῆς λέξεως, θεωρίᾳ δὲ τὰ πολλὰ παραμένουσιν, dictionem ethicam [illegible] et in contemplatione plerumque perseverant; de etiam vocantur Essæi, i. e. θεωρητικοὶ, *templatores.*

Evagoras, Lindius, historicus, scripsit « Timagenis et aliorum doctorum virorum « tiones, ordine alphabetico ; Thucydidis « rhetoricam libris V, De dictionibus [illegible] « ac controversis apud Thucydidem ; Histo[illegible] « gnum Ægyptorum. »

Evagrius varia scripsit et inter ea Comm[illegible] rium in Proverbia Salomonis.

Evangelus, comicus, e cujus dramatibus λυπτόμενος apud Athenæum. [lib. XIV, p[illegible] Sed ibi fabula hæc appellatur Ἀνακλώ[illegible] notante Kustero, ad tom. I, pag. 880.]

Evathlus, orator improbus, garrulus [illegible] bilis.

Eubulus, demagogus clarissimus.

Eubulus, Sphettius Atheniensis, Euphra[illegible] comicus. Docuit fabulas CIV, vixitque Olym[illegible] CI medio inter mediam et veterem com[illegible] tempore. V. notam Kusteri.

Euclides, ex Megaris, in Isthmo situs, [illegible] phus, auctor sectæ quæ ab ipso Megarica [illegible] ctica aliis et Eristica. Fuit Socratis [illegible] eique Ichthyas et postea Stilpon in schola [illegible] sit, Scripsit dialogos, « Alcibiadem, [illegible] « Critonem, Phœnices, Lampriam, Am[illegible] et alia quædam.

Eudæmon, Pelusiota, grammaticus, [illegible] banii sophistæ, ad quem etiam divers[illegible] Hic varia composuit « Poemata, et [illegible] « maticam et Orthographiam nominu[illegible]

Εὐδαιμονέστερος τῶν Καρκίνου στρο[illegible] *felicissimus*, in Carcini poetæ *filios*, etc.

Eudemus, orator, varia scripsit et præ[illegible] con utilissimum verborum, *quibus* [illegible] optimi quique scriptores utuntur, ordine [illegible] tico [Kuster, in not. 2, tom. I, *pag.* 885, [illegible] quæ hodie in diversis exstant bibliothecis [illegible] *demi*, rhetoris, nomen præferunt, *fruſtra* esse existimati.]

Εὖ διάγειν. Hanc formulam salutandi [illegible] suis præscripsit Epicurus. Cleon vero [illegible] Plato εὖ πράττειν.

Eudoxius, episcopus Antiochiæ, ex Arabi[illegible] oppido minoris Armeniæ oriundus, cujus [illegible] Cæsarius, sub Maximiano martyrii corona redi[illegible] tus est, etc.

Eudoxus, Æschinis F., Cnidius, *philosophus*, [illegible] tonis æqualis, cui fuere tres filiæ, Actis, Delp[illegible] Philitis. Astrologiæ insigniter deditus *fuit scripsi*[illegible] que plura ejus generis et *Octaeteriden*, nec[illegible] « Astronomiam (69) versibus heroicis »

Evenos, duos aiunt fuisse elegiacos poetas, [illegible] que ambos Parios.

(69) Non Eudoxus versus scripsit, sed Aratus Eudoxi prosa.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

:ὼ, *animi tranquillitatem* Democritus, Abde- A
ɔcuit finem esse et summum felicitatis, etc.
.erius, Joviniani imp. temporibus doctrina
n et ingenii præstantia antiquis non inferior,
ıi ex molli simplicitate multos insontes
est judicii laqueis irretiri.
:nius, Trophimi, F., Augustopolitanus, Phryx,
ıaticus, docuit CPoli, ubi valde clarus fuit
enex tempore Anastasii imp. Scripsit de
sione versuum melicorum Æschyli, Sophoclis
ipidis in fabulis XV. De pæonio et palimbac-
netro ; de nominibus templorum et quomodo
ɔferri debeant, ut Διονύσειον, Ἀσκληπίειον.
ıula miscellanea ordine alphabetico, in quo
etiam nova quædam et singularia habet ad
tum, spiritum, scripturam, fabulam aut prover-
pertinentia ; de nominibus, in α desinentibus,
ıτα vel ἐνδίτα, et quando ea bifariam efferan-
tem alia quædam iambica trimetra.
ıογον ἀξίωμα, *axioma probabile*, differt a
ηπτικῇ φαντασίᾳ, s. comprehendente phan-
Cleanthes philosophus, appositis ipsi jussu
mæi regis malis punicis cereis, negavit se,
viso assensum, sed tantum probabile pu-
, etc.
olpidæ ab Eumolpo, Thrace, qui rationem
ndi invenit, vel a Musæi filio, qui fuit a se-
lo quintus.
ımolpus, Eleusinius vel Atheniensis, filius
æi, poetæ, et, ut quidam tradunt, discipulus
hei, poeta epicus ante Homerum. Vicit etiam
ıia. Ad lyram enim poetæ de palma inter se
abant. Scripsit Τελετὰς Δήμητρος, *Initia Cere-*
ejusque ad Celeum adventum et ministeria,
bus ejus tradita, eaque omnia versibus heroicis
M, *Chiroscopicorum* librum unum, prosa ora-
ıe.
unidæ apud Athenienses familia citharœdorum,
ris inservientium.
:unomius, tempore Valentis imp. episcopus
:icenus, notarius Actii, quem cognominant
ıeum, cum quo diu versatus, sophisticum ejus
serendi modum imitatus est. Ejus *septem libri*
epistolam ad Romanos et aliæ quæ circumferun-
r, lucubrationes, verborum quidem copia abun-
ntes, at sententiarum inopes. Ex Socratis Hist.
cles. IV, 7.
Evodus, Rhodius, poeta epicus, Neronis tempore
xit, poeta Latinus admirabilis. Hujus libri nulli
ɪstant.
Euphorion, filius Æschyli, tragici, Atheniensis,
ragicus et ipse : qui fabulis, quas pater ante in
ıcem non ediderat, certans quater vicit, scripsit
t ipse quædam dramata.
Euphorion, Polymnesti F., ex Chalcide Eubœæ,
liscipulus in philosophicis Lacydis et Pritanidis :
in poeticis vero Archebuli, Theræi, poetæ, cujus
etiam deliciæ fuisse fertur. Natus est Olympiade
CXXVI, quo tempore et Pyrrhus a Romanis victus
est. Eum Nicia Alexandri, regis Eubœæ, Grateri
filii, uxor amavit ; hinc prædives ad Antiochum
magnum, regem Syriæ, se contulit et ejus biblio-
thecæ præfectus, ibidem defunctus, Apameæ, vel ut
alii, Antiochiæ, sepultus est. Libri ejus versibus
heroicis scripti sunt hi : *Hesiodus*, Μοψοπία ἢ
ἄτακτα, *Mopsopia* sive *Miscellanea* libris V, opus
continens historias micellas, inscribiturque Mo-
psopia, quia Attica olim ita dicta est a Mopsopia,
filia Oceani. Desinit in Attica Chiliade ; nam liber
quintus inscribitur ἐπιγράφεται ἡ πέμπτη (scil
βίβλος), χιλιὰς περὶ χρησμῶν (70), *Chilias de ora-*
B *culis*, quæ post mille annos eventus comprobavit.
Disputat enim adversus eos qui ipsum, deposita
apud illos pecunia fraudarant, docens eos vel multo
post tempore pœnas, daturos esse.
Eupithius et Archiadas, duo Hegiæ (philosophi),
filii, de quorum ingenio et moribus quædam ex
Damascio, etc.
Eupolis, Atheniensis, comicus, qui annos natus
XVII, in scena certare cœpit ediditque fabulas
XVII, vicit septies. Idem in bello contra Lacedæ-
monios naufragio in Hellesponto periit. Unde lex
lata est, quæ poetas vetuit militare. Fabulæ ejus
sunt : Αἶγες, Ἀστράτευτος ἢ ἀνδρογύνη et aliæ.
Εὖ πράττειν, hanc formulam salutandi Plato
epistolas XIII, easque morales. *Vide* supra, εὖ
C διάγειν, et Cleon, χαίρειν.
Eurybatus, i. e. *homo malus*. Ductum est pro-
verbium ab Eucybato quodam ; variorum opiniones
atque interpretationes. *Vide* apud Suidam ; adde
Kusteri Notas.
Euripides, Atheniensis, tragicus antiquior ce-
lebri illo Euripide. Docuit fabulas XII, vicit bis.
Euripides, Mnesarchi seu Mnesarchidæ et Cli-
tonis F., non ex matre, olerum venditrice, sed ex
genere nobilissimo, ut demonstrat Philochorus.
Natus fuit eo die quo Græci Persas fugarunt. Initio
pictor, deinde Prodici in rhetoricis, Sacratis vero
in doctrina de moribus et in rebus philosophicis
discipulus. Audivit etiam Anaxagoram quem cum
vidisset in discrimen capitis ob dogmata venisse,
animum ad tragœdiam appulit homo severis mo-
D ribus ac tristis, unde et μισογύνης sive mulierum
osor est existimatus, Duxit tamen Choerinam, Mne
silochi filiam, ex qua Mnesilochum, Mnesarchidem
et Euripidem suscepit. Hac repudiata, alteram
æque impudicam est expertus. Athenis relictis
apud Archelaum, Macedoniæ regem, in summo
vixit honore, sublatus, ut aiunt, a canibus per
insidias Arrhidæi, Macedonis, et Cratevæ, Thes-
sali, poetarum, ipsi invidentium : vel laceratus a

(70) Kuster malit legere ἐπιγρ. δὲ Χιλιᾶς, ἢ περὶ admissa Fabric. interpretatione et ellippi, nil erit
Χρησμῶν, omisso vocab. πέμπτη, et sic vertit, sed mutandum. HARL.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

mulieribus, cum noctu Craterum, Archelai delicias, vel uxorem Nicodemi Arethusii peteret. Annos aiunt vixisse LXXV, ossaque ejus Pellam, jubente rege translata. Fabulæ ejus LXXV, vel, ut alii, XCII: ex quibus exstant LXXVII. Vicit quinquies, quater adhuc superstes, semel vero post obitum fabulam ejus in scena exhibente Euripide, fratris ipsius filio. Fabulas edidit per totos annos XXVI. Obiit Olympiade CXIII. Conf. Kusteri not.

Euripides, tragicus, prioris ex fratre nepos, ut tradit Dionysius in Chronicis. Scripsit Ὁμηρικὴν ἔκδοσιν, editionem Homericam, nisi fortasse ea alterius sit. Fabulæ ejus sunt Ὀρέστης, Μήδεια, Πολυξένη.

Euschemus, comicus. Ex fabulis ejus Ἐμπολή, B teste Athenæo.

Eusebius Pamphili, Arianæ sectæ addictus, Cæsareæ Palæstinæ episcopus, sacrarum Scripturarum insigniter studiosus et divinæ bibliothecæ una cum Pamphilo martyre diligentissimus investigator. Multa edidit opera, inter quæ sunt ista: *Evangelicæ demonstrationis libri XX. Evangelicæ Præparationis libri XV. Theophaniæ libri V. Ecclesiasticæ Historiæ libri X. Canones chronici variæ historiæ, et eorum Epitome. De evangeliorum dissensione. In prophetam Isaiam libri X. Contra Porphyrium*, qui tunc, ut quidam putant, in Sicilia scribebat, *libri XXX.* Τοπικῶν, sive *De locis sacris liber; Apologiæ pro Origine libri VI. De vita Pamphili libri III. De martyribus* alia opuscula. *In Psalmos CL* Commentarios eruditos, et multa alia. Floruit maxime temporibus Constantini imp. ac Constantii, et ob amicitiam, quæ ipsi cum Pamphilo martyre intercessit, ab eo cognomentum sortitus est. Scripsit etiam *Ad Marinum*, in quo opere dicit Christi Ecclesiam duo vitæ genera et instituta præcipere, quorum unum sit excellens et supra communem vitæ humanæ rationem positum. quale est monachorum; alterum minus sublime et communi hominum vitæ accommodatum, quod nec a conjugio abhorreat.

Eustathius, Epiphaniensis, scripsit *Compendium chronicum* rerum, ab Ænea usque ad Anastasium imp. gestarum *libris* (71) *novem*.

Eustathius, Sebastianus, cum Basilio Ancyrano, D ejusdem urbis episcopo, sectæ Macedonianæ caput fuit.

Eustephius, Aphrodisiensis, sophista unus ex illustribus Adrottorum, quæ est urbs Lydiæ, incolis. Scripsit *declamationes*.

Eustochius, Cappadox, sophista. Scripsit *Cappadociæ et reliquarum gentium antiquitates, et* τὰ κατὰ Κώνσταντα τὸν βασιλέα (72), *res gestas ab imperatore Constante*.

(71) Evagrius, v, 24, *libros* tantum *duos* fuisse testatur.

A Euthycles, ex cujus comœdiis sunt Ἐπιστολή, teste Athenæo in Diphosophe.

Euthydemus, magister Apollonii Tyanensis Cilix, etc. (Ex Philostrato).

Euthymenes archon Atheniensis, sub quo gatum est decretum archonte Morychide, quo comicis adimebatur libertas aliquem perstringendi.

Eutropius, Italus, sophista, Historiæ Compendium Latina lingua scripsit, alias apud Suidam sequuntur: Eutropius, tutor Theodosii imper., et Eutropius, pr cubiculi Arcadii imper. homo sceleratissim

Eutyches, CPoli monasterii præfectus sectæ Manetis et Apollinaris tertius defen (Ex Theodoro Raithuensi.)

Euxenus, vir non admodum probus ne vitæ deditus, et Epicuri moribus imbut goræ vero opiniones ita cognoscebat quæ discunt ab hominibus, χαῖρε vel et Ζεὺς ἵλεως. Apollonius puer Euxen bat, sed ad decimum sextum annum pro Pythagoricam vitam se contulit, Euxen amare non desiit, etc. (Ex Philostrato

Ἐξ ἁμάξης. Apud Athenienses festum in quo poetæ, plaustris insidentes, certa tionibus risus movendi gratia, quod D dixit, ἐξ ἁμάξης, *ex plaustro*. Chorus vocabatur Lenaites.

Ἐξηγηταί. Tres erant exegetæ C linis designati, quibus curæ erat aliquo piaculo obstricti essent. Sic et patriorum institutorum et jurium culiariter, interpretes sacrorum, inferiis aliisque Juribus de *functorum* bus respondebant.

Ezechias. Exstabat liber *Salomonis* omnium morborum continens, qui tem incisus erat. Hunc Ezechias obolevit, mentem ad Deum non adverteret, sed ægri essent, curationes inde peterent, divini Numinis invocatione.

F

Fabius pictor, historicus Romanus. Hic Romanorum magistratuum licere quidquam sit publicum, in privatos usus *converteret*.

Falcidia lex a Cæsare Caio Octavio la maximam etiam nunc auctoritatem hæreditatum successionibus a Falcidio, plebis, inventa.

ı egit, deinde faciem andrachna in docen-
ıs texit ; postea larvarum lintearum usum
it. Docuit fabulas olympiade LXI, et inter
s ejus commemorantur Ἄθλα Πελίου ἢ
Ἱερεῖς, Ἠθεοι, Ηενθεύς.

s. citharœdus, de quo Aristoph.

dides, Olori F. Atheniensis, filium ha-
otheum. Maternum genus a Miltiade duce,
n ab Oloro, Thracum rege duxit, Antiphon-
ɔulus, clarus circa olympiadem LXXXVII.
Peloponnesiorum et Atheniensium bellum.
ɛr adhuc Herodotum, olympiæ historias
ɛitantem, eum audivisset quasi numinis
ı instinctu lacrymari cœpit. Herodotus igitur
ɛatulatus est de filii indole. (Supra in ὀργῶ-
ɛc eum judicium suum fefellit. Hic Thu-
artium præcepta probe callebat, et ele-
ɔrationis, accurata rerum notitia, artibus
toriis consiliisque excellebat, et in argu-
panegyricis. Solet a genere feminino ad
m transire, ut: Τρέπονται εἰς Μακεδονίαν
ɔ (pro ἐφ' ἣνπερ.)

ɛiomantes. Athenienses ad urbem, Thurium
ıdam decem viros miserunt, inter quos fuit
n, vates, qui urbis condendæ rationem et
n alios doceret.

ɑ, ex thyino ligno confecta. Sub Zenone,
ın Cypro inventæ sunt reliquiæ Barnabæ,
ɔli, qui Paulo fuit peregrationis comes. Hujus
bæ pectori impositum erat Evangelium se-
ın Matthæum, thyina habens folia. (Conf.
ri not. 2, tom. II, pag. 210.)

ɛrius, Octavii filius, Romanorum imp. homo
lis, versutus, etc. (Attamen litteras amabat.
ɲism. Justi Ehrhardti commentat. De Claudii
ii Neronis in litterarum studia meritis, Co-
1733, 8.)

ɔεπανοίκτης. Supra, Crates, Thebanus.

ɔerius, philosophus et sophista, scripsit « De
mis orationis libros *III*; De commutatione ; De
ɔoria; De dispositione et compositione orationis;
civilis orationis mutatione; De demonstrativis;
ıtionibus ; De præfationibus et Proœmiis ; De
ɣumentis ; De Demosthene et Xenophonte ; De
ɛrodoto et Thucydide. »

ɔμελικοί. Histriones scenici.

imachidas, Rhodius, *cœnas*, sive Δείπνων ἀνα-
ɸὰς scripsit carmine heroico *libris XI*. Et Nu-
nius Ὀψαρτυτικῶν, sive, *De ratione cibos con-
ıdi libros*, composuit et Mastreas (Μητρέας apud
ıenæum I, pag. 5). Pitanæus, et Hegemon, Tha-
s, cognomine Φακή, sive *Lens*, et Artemidorus,
ıudo Aristophanius, qui *culinaria vocabula* colle-
et Philoxenus, Claudii F. (apud Athenæum
ıκάδιος) a quo etiam Philoxeniæ placentæ no-
ın habent.

Timæus, historicus, Ephorum vehementer inse-
ıtus est, duobus ipse peccatis obnoxius, tum A quod alios acerbe criminetur ob ea, quibus ipse constringitur, tum quod animo corrupto fuerit et improbas sententias libris suis inseruerit. Quod si Callisthenes merito pœnas pendit, quod Alexandrum in deorum numerum referre voluit, quid meruit Timæus qui Timoleontem μείζω ποιεῖ τῶν ἐπιφανεστάτων θεῶν, supra splendidissimos deos extollit, etc. Scripsit *De Syria ejusque urbibus, et regibus libros III.*

Timæus, Locrus, philosophus Pythagoreus. Scripsit *Mathematica : De natura ;* De *Pythagoræ vita.*

Timæus, Andromachi F., Tauromenites, Philisci, Milesii, discipulus, multus in aliis reprehendendis, unde dictus est Ἐπιτίμαιος, etiam Γραοσυλλέκτρια, quod quævis sine delectu in scripta referret. B Scripsit *Italica et Sicula libris VIII ; Græca et Sicula ; Collectionem argumentorum rhetoricorum, libros LXVIII ; Olympionicas*, sive Χρονικὰ Πραξίδια, *Acta chronica.* Hic Timæus, qui anteriorum historiæ scriptorum errores acerbissime castigavit, fuit quidem in cæteris historiæ partibus studiosissimus veri, sed in quinque libris postremis, quibus res Agathoclis complexus est, tyrannum illum, a quo in exsilium pulsus fuerat, omnibus conviciis onerat, hominemque ignavissimum fuisse affirmat, illum Syracusanorum victorem, quorum tamen fortitudinem omnibus effert paginis, etc.

Timagenes. regii argentarii F., Alexandrinus, rhetor ; vel, ut quidam, Ægyptius, qui sub Pompeio Magno Romam a Gabinio captivus ductus, et C a Fausto, Syllæ F., redemptus Romæ eloquentiam docuit, cum sub ipso Pompeio, tum post ipsum sub Cæsare Augusto et postea, eodem, quo Cæcilius, tempore. Cum autem ob dicendi libertatem schola excidisset, in prædio Tusculano vitam transegit. Obiit Dabani post cœnam, cum vellet vomere, σφηνωθείς, cibo exitum non inveniente suffocatus. Multos libros scripsit.

Timagenes, historicus, *totius maris periplum* scripsit *libris V.*

Timagenes, sive Timogenes, Milesius, historicus et rhetor, scripsit *De Heraclea Pontica et claris ejus viris libros quinque.* Item *Epistolas.*

Timarchus, Arizeli F., prodigus et cinædus, quem Æschines rerum peregit, etc. D

Timasion, adolescens Ægyptius, quem Apollonius, Tyaneus, cum moneret ut secum philosopharetur : O dii, inquit, qualem me dicam ? Nam malus quidem non sum, bonum vero utrum me existimari oporteat nescio, etc. (ex Philostrato, lib. VI De vita Apoll. cap. 2.

Timesitheus, tragicus, ejus dramata sunt, Δαναΐ, δες β', Ἕκτορος λύτρα, Ἡρακλῆς, Ἰξίων, Καπανεύς, Μέμνων, Μνηστῆρες, Ζηνὸς γοναί, Ἑλένης ἁπαίτησις, Ὀρέστης, Ὑλάδης, Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης.

Timocles, Atheniensis, comicus. Ex ejus fabulis sunt : Δημοσάτυροι, Κένταυρος, Καύνιοι, [illegible]

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

λαί, Ἐπιχαιρέκακος, Φιλοδικαστής, Πύκτης. Memorat Athenæus in libris Dipnosophistarum.

Timocles alter, et ipse comicus ex cujus fabulis ut testis idem Athenæus, sunt Διονυσιάζουσαι, Ηολυπράγμων, Ἰκάριοι, Δῆλος, Λήθη Διόνυσος, Κονίσαλος, Πορφύρα (quæ aliis Xenarchi esse videtur,) Ἥρωες, Δρακόντιον, Νέαιρα (meretricis hoc nomen), Ὀρέστης, Μαραθώνιοι. Sunt et aliæ quædam. [Sed *Meursius*, in Bibl. Attica et Suidas, ad h. l. vol. III, pag. 475, censent Suidam male hunc posteriorem fecisse diversum a priore, cum idem sit comicus.]

Timocreon, Rhodius, comicus et ipse veteris comœdiæ. Huic inimicitiæ intercesserunt cum Simonide Melico et Themistocle Atheniensi, in quem etiam carmine (δι' ἐμμελοῦς τινος ποιήματος) vituperationem contexuit. Scripsit vero comœdiam in Themistoclem et Simonidem, aliaque.

Timolaus, Larissæus, Macedo, rhetor, Anaximenis Lampsaceni discipulus, qui cum ingenio poetico esset præditus, singulis Iliadis versibus singulos versus interseruit, et id opus Τρωϊκὸν inscripsit, hoc modo :

Μῆνιν ἄειδε, θεὰ, Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος,
Ἣν ἔθετο Χρύσου κεχολωμένος εἵνεκα κούρης,
Οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε
Μαρναμένοις, ὅτε Τρωσὶν ἀτὴρ πολέμιζον ἄνακτος,
Ηολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν,
Ἕκτορος ἐν παλάμῃσι δαϊζομένων ὑπὸ δουρί.

Scripsit et alia quædam.

Timon, misanthropus, philosophus, qui sectam omnem aversabatur, ut invisus omnibus (ab Aristophane in Lysistrata) perstringitur. Hunc Neanthes ait, cum de pyro silvestri cecidisset, claudum factum esse : cumque medicum nollet admittere, putredine consumptum fuisse. Post mortem autem ejus, sepulcrum, in quo conditus erat, juxta viam fluctibus marinis a reliqua terræ parte divisum et inaccessum factum esse.

Timon, Phliasius, et ipse philosophus, qui scripsit *Sillos*, hoc est vituperationes philosophorum, *libris III*.

Timotheus, Atheniensis, comicus mediæ comœdiæ. Ex ejus fabulis sunt : Πύκτης, Παρακαταθήκη, Μεταβαλλόμενος ἢ Μεταφερόμενος. Est etiam Κυνάριον. Timothei comœdia, teste Athenæo in Dipnosophistis, (lib. VI, p. 243.)

Timotheus, Thersandri, vel Neomysi, vel Philopolidis F., lyricus, qui decimam et undecimam chordam (lyræ) addidit, et antiquam musicam ad molliorem modum traduxit. Fuit autem temporibus Euripidis, tragici, quibus et Philippus Macedo regnabat. Obiit ætatis anno XCVII. Scripsit versibus nomos musicos XIX, proœmia XXXVI ; Dianam ; Diascevas VIII ; Encomium ; Persas sive Nauplium ; Phinidas ; Laertem ; dithyrambos XVIII ; hymnos XXI, et alia quædam. Alexander musicorum audiendorum, si quisquam alius, cupidus fuit, Timotheum enim, tibicinem, aiunt, cum aliquando Minervæ ὀρθιον νόμον tibia caneret, Alexandrum adeo commovisse, ut inter audiendum ad arma A prosiliret ; Timotheum autem [illegible] debere carmina regia. Hæc [illegible] nuntiis, erat ab Alexandro [illegible] steri mot. tom. III, pag. [illegible]

Timotheus, Gazæus, grammat[icus] Anastasii, imp. in quem [illegible] vectigali publico quod chrysargyr[um] Scripsit etiam versibus de [illegible] et feris quæ sunt apud Indos, A[rabiam] quasque Africa alit ; itemque d[e] et de serpentibus libros IV.

Τιθύμαλλος. Consueverunt [illegible] gratia patrias herbarum [illegible] renaicum, tithymalus Lac[tucam]

Τίτλος. Titulus a capite differ[t] B habet titulos LXVIII, capita CC[LXX] XLVIII, capita CCXXXVI ; Lucas, capita CCCXLVIII ; Joannes, [illegible] ta CCXXXII. Et τιτλάριον, tituli, tabella.

Titus. Romanorum imp. Vespas[iani] virtutis genere ornatus, ut ab [illegible] τρυφή, amor et delicia generis [illegible] Nam et eloquentissimus erat et [illegible] moderatissimus. Et Latina lingua [illegible] nistrandis publicis negotiis usus [est] ; et tragœdias Græce composuit. Em[isit] Hierosolymis coronas, a legatis fini[timis] stinæ gentium missas, repudiavit, [illegible] se ea fecisse, sed Deo, Judæis a[uxilio] commodavisse, etc.

C Τὸ Δίωνος γρύ. Dion, Alexandrinus celebris, cum a quibusdam adversa[riis] Topsii, luctatoris, maledictis prosci[deretur] respondit, atque in ædes suas rece[dens] cundiæ præ se ferens adolescenti [suo] quidem dixit. Γρύ, sordes unguium.

Τὸ Ἡσιόδειον γῆρας. Hesiodea [senectus] qui provectæ admodum sunt senectu[tis] epigramma :

Χαῖρε, δὶς ἡβήσας καὶ δὶς τάφου ἐκ[τὸς] Ἡσίοδ', ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφί[ης].

Salve bis juvenis, salve bis nacte sepulcr[um]
Mensura humani, o Hesiode, ingenii.

Τοῖς Ἱπποκράτους υἱέσιν ἔξεις. Hippocr[atis] medici,) filios perstringunt comici, *et in* D spurcis moribus. Eorum nomina : Telesip[pus] mophon, Pericles.

Τὸν Κολοφῶνα ἐπίθες, *Colophonem adde* : oim civitates Ioniæ in concilium, quod Pa[nionium] dicebatur, de communibus negotiis deliber[andi] convenire solebant. Quod si igitur suffragia [æqua] paria, Colophonii calculum imparem addebat, cæteros vincebat, etc.

Τῶν εἰς τὴν φαρέτραν. Aiunt, Scythas, [ad] ituros, in promptu habere pharetram : [ut] diem illum absque molestis transegerint, [calculum] album in pharetram conjicere ; si secus, [nigrum]. Cum igitur aliquis moreretur, prolatis pharetris [amicorum]

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

rabant, et pluribus albis repertis felicem A Deum præditus. Λ Justiniano impetravit Chosroes, t defunctum. Hinc dies albus pro felici. ristotelis Topica inscribitur opus, quod traduntur, qmibus instructi de qualibet a probabiliter argumentari possumus. nsent librum primum non, Topicum, sed πων *ante locos*, inscribendum esse, etc. borum primus inventor Apollodorus, s F,, grammaticus. (Supra Apollodorus.) s; patricius. Hic sub Justiniano, rhinotuit, Chronicumque breve ac præstantis- όντομον πάνυ θαυμάσιον scripsit. Erat istianissimus et maxime orthodoxus.

ius, Tranquillus, grammaticus Romanus, De Græcorum ludis librum I; De Romano- ctaculis et ludis libros II; De anno Romano I; de notis, quarum usus est in libris Περὶ οῖς βιβλίοις σημείων librum I; De Ciceronis orum I, *in quo contradicit Dydimo;* De nomiropriis et formis vestium et calceorum, et orum quibus quis vestitur; Περὶ δυσφήμων De verbis mali ominis, *sive De maledictis, et quodque*. De Roma ejusque institutis et mo- ibros II; Συγγενικὸν Καισάρων, Familiam Cæ- ι, « quod opus continet eorum Vitas et succes a Julio usque ad Domitianum « libris VIII; ma illustrium virorum Romanorum. »

Στησιχόρου, *tria Stesichori*, id est Strophen, ophen, Epodon. Tota enim Stesichoris poe- epodica Et hominem prorsus imperitum ngere volentes eum ne *tria* quidem *Stesichori* C dicebant.

onanius, Macedoniani F. ex causidis præm prætorio, gentilis et impius, a Christianoide prorsus alienus, idemque adulator et im-, qui Justiniano, cujus erat quæstor, conapersuadere, eum non moriturum, sed in cœlum translatum iri. Ingenii acie valet apicem eruditionis attigerat, ita ut nullum s suæ mortalium hac laude superiorem habeSed legum nundinationi erat deditus, et inexli avaritia, quam splendore summæ eruditioobscurabat.

ibonianus, Sidetes, ex caussidicis præfectorum torio, et ipse vir multifariæ eruditionis. Scriversibus « Commentarium in Ptolemæi Canom; Concentum mundani et harmonici diathema- ; Εἰς τὸν πολιτεύοντα καὶ διέποντα, In gubernanm et administrantem; In planetarum domicilia *et ur singulis domicilium hoc vel iliud attributum sit*, eXXIV pedibus metricis rhythmicis; Metaphran Homerici navium catalogi; Dialogum Macedoium *sive* De felicitate; Vitam Theodoti, philosohi, libris III; Orationem consularem; *prosaice, n Justinianum, imp.* Orationem de Regno, *in eumlem*; De mensium permutatione, » *versibus.*

Tribunus. Hic tempore Chosrois vixit, genere læstinus, vir eruditus et arte medica nulli secunis; singulari idem moderatione et pietate in

Justiniano impetravit Chosroes, ut apud se uno anno manere illum sineret. Illo elapso jussit petere a se quidquid vellet. Ille nihil aliud, quam captivorum aliquot Romanorum postulavit libertatem, quibus alios ter mille Chosroes addidit.

Triphyllius, episcopus, discipulus Spyridonis, Cyprii, thaumaturgi, cujus miracula litteris mandavit. Multa enim fecit Spyridon, ut in Vita ejus versibus iambicis scripta traditur, quæ quærenda sunt, ut valde utilia.

Τριταγωνιστής. Æstichenem multis in locis perstringit Demosthenes ut histrionem tragicum vilissimum in tertio ordine eum numerans. Primus Sophocles usus est tribus histrionibus et tritagoB nista. (Supra in Sophocle.)

Troilus, sophista, qui CPoli docuit. Scripsit « Orationes civiles; Epistolarum libros VII. »

Τρόμητος. Demostpenes Æschinem inter alia dicteria vocat etiam γραμματοκύφωνα et filium cujusdem *Trometis*, litteratoris, sive primorum elementorum doctoris.

Τρόπαια. Antiqui Attici circumflectunt in penultima, τροπαῖον, recentiores in antepenultima accuunt, τρόπαιον. Antiqua vero lingua Attica est illa, cujus principes fuere Eupolis, Cratinus, Aristophanes, Thucydides; Nova vero, cujus Menander et alii.

Τροφώνιος. Καὶ Τροφωνίου κατὰ τῆς παίγνια. Lebadiæ (in Macedonia) fuit oracullum, quod a descensu dictum καταβάσιον. Erant vero ibi fauces C quædam, quæ tantum extremas pedum hominis partes capere poterant. Deum igitur consulturi, per certos prius dies servata castitate, et sacro habitu ornati ambabus manibus melittutas sive placentas, melle conspersas, tenentes, ad fauces illas sedebant, et repente sub terram abripiebantur. Trophonius autem fuit Eresini filius, fratris Agamedis, etc.

Τρυγοκωμφδία, sic dicta, quod victores præmium acciperent τὴν τρύγα, hoc est, *vivum novum*; vel, quod olim, cum larvæ nondum inventæ essent, τρυγί, fæcibus ora perungerent

Τρυγοδαίμονες. Veluti Cacodæmones dicti (comici veteris comœdiæ,) quod obsceni essent et impii et cavillandi studio totos se dederent.

Tryphiodorus, Ægyptius, grammaticus, et poeta D heroicus. Scripsit « Marethonica; Ilii excidium; « De Hippodamia; Odysseam littera (Σ) carentem » Poema de laboribus Ulyssis, et iis quæ fabulæ de illo tradunt.

Tryphod, Ammonii F,. Alexandrinus, grammaticus et poeta, qui vixit Augusti temporibus et ante. Scripsit « De pleonasmo dialectorum, quæ sunt in « Æolica lingua, libros XII; De dialectis, quæ sunt « apud Homerum et Simonidem et Pindarum et Ale« manem aliosque lyricos; De Hellenismo (Περὶ « τῆς Ἑλλήνων διαλέκτου) et dialecto Argivorum, « Himerogorum, Rheginorum, Doriensium et Sy« racusorum; De inflexionum analo-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

sed discendi cupidus et laboris supra modum amans. Quamobrem brevi temporis spatio maximam eruditionem sibi comparavit, et tam antiquarum rerum quam recentium scientiam animo complexus est. (E Damascio.)

Theophilus, comicus. Ex ejus fabulis sunt Ἰατρὸς, Ἐπίδαυρος, Παγκράτεια (Athenæo Παγκρατιαστὴς), Βοιωτία, Προιτίδες, Νεοπτόλεμος.

Theophilus, imp., Michaelis Amorræi F., Michaelis pater, Copronymi hæresim (n. uconomachiam) amplexus, ipsoque nulla in re melior. Cum igitur eadem amentia, quæ Manichæum et Arium olim, animum ejus invasisset, persecutionem et ipse contra Ecclesiam cœpit instituere, alter Nectanebo, adjutorem nactus Joannem, patriarcham, vel potius Mantiarcham, aut Dæmoniarcham, novum revera Apollonius aut Balaam nostri temporis, lecanomantem. Ab hoc etiam litteras edoctus, homo varius et sceleratus, etc.

Theophilus. Hic ex India reversus Antiochiæ vixit, et ecclesiam quidem nullam assignatam habuit ; sed quasi communis quidam fuit (doctor et episcopus),quem imperator omni honore et observantia coleret. Erat ille quædam quasi apostolorum imago, quem Thalassius non exiguo tempore cum illo versatus, et in hujusmodi rebus mendacii minime suspectus, ait, Judæam quamdam feminam mortuam ad vitam revocasse.

Theophrastus, Melanti, fullonis, vel Leonis F. Eressius, auditor Aristotelis, et successor scholæ Peripateticæ, ab eo, Chalcidem migrante, relictæ. Hic ante vocatus est Tyrtamus ; sed ob divinam eloquentiam ab Aristotele Euphrastus dictus est, et postea Theophrastus, sicut Plato διὰ τὸ ἐν τοῖς λόγοις πλάτος propter amplam dicendi copiam Plato fuit vocatus, cum antea Aristocles vocaretur. Discipulos habuit plures quam bis mille ; amasius ejus fuit Nicomachus, Aristotelis F. ; a Cassandro, Antipatri F. in honore habitus est. Decessit assidua scriptione fatigatus, cum ob discipuli nuptias ad paucos dies animum relaxasset. Scripta ejus sunt plurima, in his « Analyticorum priorum III, « Posteriorum VII ; Analysis syllogismorum;Analy- « ticorum Epitome. Ἀνηγμένων τόπων *sive* Loci re- « ducti ; De lapidibus ; De plantis ; De metallis ; « De odoribus ; Characteres » et alia.

Δὴ γὰρ καὶ Θεόφραστος, ἕως ἐπόνει μὲν, ἄπηρος
Ἦν δέμας, εἶτ' ἀνεθεὶς κάτθανε πηρομελής.

Integer ecce valet Theophrastus, dum labor urget.
Laxatus studio solvitur et moritur.

Theophylactus, sophista, cui cognomen erat Simocatta,

Theopompus, Chius, orator, Damasistrati F. vixit tempore interregni Atheniensium, olympiade XCIII, quando et ephorus, Iscoratis auditor, floruit.Scripsit pariter ac ephorus epitomen *Historiarum Herodoti libros II ; Philippica libris LXXII ; Historias Græcas*, quæ *libris XI* constant, et inde narrationem ordiuntur, ubi Thucydides et Xenophon desinunt, et complectuntur ea quæ gesta sunt post bellum Peloponnesiacum, et cætera. Scripsit et alia plurima.

Theopompus, Theodectis sive Theodori filius, Atheniensis, comicus, edidit fabulas XXII ; fuitque antiquæ comœdiæ poeta secundum Aristophanem ; scripsitque plures alias fabulas, etc.

Θεώρηκα. Arcesilaus, philosophus, erat natura tardus et oscitans, ἐν δὲ τῇ τέχνῃ τεθεωρημένος sed artis tamen probe peritus. Hic dixit hianti via geometriam in hos involasse. Faba. Enimvero (Pearsonio et Kustero ad h. l. tom. II, pag. 61, not. 5, animadvertentibus) compilator Arcesilao tribuit, quæ apud *Laertium*, lib. IV, n. 32 ; unde hic locus excerptus est, ab Arcesilao de *Hippone* geometra, dicuntur. Harles.

Theoris, fatidica, ob impietatis crimen multa morte. Demosthenes contra Aristogitonem.

Θεωροί, qui ad oraculum mittebantur, et omnium rerum divinarum custodes et curatores ; θεωρία enim *curam* significat.

Θεός. Philo, cum verba Θεὸς Κύριος interpretaretur, summæ Trinitatis notionem habuit. Graci statuunt Deum esse animal immortale, rationi præditum, perfectum, intelligens, beatum, in quod malum non cadit, curam gerens mundi et omnium quæ in mundo sunt, non tamen humanæ rationi præditum ; Opificem hujus universi et tanquam Patrem omnium ; partemque ejus per omnia penetrantem variis nominibus pro diversis facultatibus appellari.

Θεὸς ἡ ἀναίδεια. Colebatur Athenis *Impudentia*, eique templum erat, ut tradit Ister *libro III*.

Theramenes, Atheniensis orator, *Prodici*, Cei, discipulus, cognominatus *cothurnus*. Scripsit *declamationes rhetoricas*, et alia quædam.

Therapeutæ. Philo in libro De vita contemplativa scripsit de ascetis Hebræorum, etc.

Theseus,historicus,scripsit « Virorum illustrium « Vitas libris V, Corinthiacorum libros III. » in quo opere de Isthmicorum ludorum institutione agit.

Θέσις, secundum Aristotelem est paradoxa opinio alicujus viri, in philosophia clari, sive problema. Veluti, utrum omnia continuo fluant, et semper regignantur, et nihil unquam sit, secundum Heraclitum ; vel utrum id quod est unum, sit et immobile, ut Parmenidi videtur ; vel utrum motus sit an non, ut Zenoni visum ; vel utrum sanitas bonum sit, an non, ut placet Chrysippo ; et utrum contradicere liceat, an non, ut Antistheni probatur. Opponitur id, quod θέσει est et quod φύσει, secundum naturam. Etiam rhetorica problemata quidam theses vocant ; Aristoteles hypotheses.

Thesmothetæ, magistratus Athenis, viri sex, et novem archontibus. Hos leges quotannis correxisse docet Æschines contra Ctesiphontem.

Thespis, Icario, Atticæ populo, tragicus, decimus sextus ab Epigene Sicyonio, primo tragicus ; alii secundum ab eo faciunt, alii primum tragicum

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

fuisse affirmant. Hic primum cerussa facie illita tragœdias egit, deinde faciem andrachna in docendis fabulis texit; postea larvarum lintearum usum introduxit. Docuit fabulas olympiade LXI, et inter tragœdias ejus commemorantur Ἄθλα Ἡλείου ἢ Φορβάς, Ἱερεῖς, Ἠθεοι, Ηενθεύς.

Thespis, citharœdus, de quo Aristoph.

Thucydides, Olori F. Atheniensis, filium habuit Timotheum. Maternum genus a Miltiade duce, paternum ab Oloro, Thracum rege duxit, Antiphontis discipulus, clarus circa olympiadem LXXXVII. Scripsit *Peloponnesiorum et Atheniensium bellum.* Hic puer adhuc Herodotum, olympiæ historias suas recitantem, eum audivisset quasi numinis alicujus instinctu lacrymari cœpit. Herodotus igitur patri gratulatus est de filii indole. (Supra in ὀργῶσαν), nec eum judicium suum fefellit. Hic Thucydides artium præcepta probe callebat, et elegantia orationis, accurata rerum notitia, artibus imperatoriis consiliisque excellebat, et in argumentis panegyricis. Solet a genere feminino ad neutrum transire, ut: Τρέπονται εἰς Μακεδονίαν ἐφ' ὅπερ (pro ἐφ' ἥνπερ.)

Thuriomantes. Athenienses ad urbem, Thurium condendam decem viros miserunt, inter quos fuit *Lampon*, vates, qui urbis condendæ rationem et modum alios doceret.

Θύϊνα, ex thyino ligno confecta. Sub Zenone, imp. in Cypro inventæ sunt reliquiæ Barnabæ, apostoli, qui Paulo fuit peregrationis comes. Hujus Barnabæ pectori impositum erat Evangelium secundum Matthæum, thyina habens folia. (Conf. Kusteri not. 2, tom. II, pag. 210.)

Tiberius, Octavii filius, Romanorum imp. homo crudelis, versutus, etc. (Attamen litteras amabat. V. *Sigism. Justi Ehrhardti* commentat. De Claudii Tiberii Neronis in litterarum studia meritis, Coburgi 1733, 8.)

Θυρεπανοίκτης. Supra, Crates, Thebanus.

Tiberius, philosophus et sophista, scripsit « De « formis orationis libros *III*; De commutatione; De «historia; De dispositione et compositione orationis; « De civilis orationis mutatione; De demonstrativis; « orationibus; De præfationibus et Proœmiis; De « argumentis; De Demosthene et Xenophonte; De « Herodoto et Thucydide. »

Θυμελικοί. Histriones scenici.

Timachidas, Rhodius, *cœnas*, sive Δείπνων ἀναγραφὰς scripsit carmine heroico *libris XI.* Et Numenius Ὀψαρτυτικῶν, sive, *De ratione cibos condiendi libros*, composuit et Mastreas (Μητρέας apud Athenæum I, pag. 5). Pitanæus, et Hegemon, Thasius, cognomine Φακή, sive *Lens*, et Artemidorus, Pseudo Aristophanius, qui *culinaria vocabula* collegit, et Philoxenus, Claudii F. (apud Athenæum Λευκάδιος) a quo etiam Philoxeniæ placentæ nomen habent.

Timæus, historicus, Ephorum vehementer insectatus est, duobus ipse peccatis obnoxius, tum quod alios acerbe criminetur ob ea, quibus ipse constringitur, tum quod animo corrupto fuerit et improbas sententias libris suis inseruerit. Quod si Callisthenes merito pœnas pendit, quod Alexandrum in deorum numerum referre voluit, quid meruit Timæus qui Timoleontem μείζω ποιεῖ τῶν ἐπιφανεστάτων θεῶν, supra splendidissimos deos extollit, etc. Scripsit *De Syria ejusque urbibus, et regibus libros III.*

Timæus, Locrus, philosophus Pythagoreus. Scripsit *Mathematica: De natura; De Pythagoræ vita.*

Timæus, Andromachi F., Tauromenites, Philisci, Milesii, discipulus, multus in aliis reprehendendis, unde dictus est Ἐπιτίμαιος, etiam Γραοσυλλέκτρια, quod quævis sine delectu in scripta referret. Scripsit *Italica et Sicula libris VIII; Græca et Sicula; Collectionem argumentorum rhetoricorum, libros LXVIII; Olympionicas*, sive Χρονικὰ Πραξίδια, *Acta chronica.* Hic Timæus, qui anteriorum historiæ scriptorum errores acerbissime castigavit, fuit quidem in cæteris historiæ partibus studiosissimus veri, sed in quinque libris postremis, quibus res Agathoclis complexus est, tyrannum illum, a quo in exsilium pulsus fuerat, omnibus conviciis onerat, hominemque ignavissimum fuisse affirmat, illum Syracusanorum victorem, quorum tamen fortitudinem omnibus effert paginis, etc.

Timagenes, regii argentarii F., Alexandrinus, rhetor; vel, ut quidam, Ægyptius, qui sub Pompeio Magno Romam a Gabinio captivus ductus, et a Fausto, Syllæ F., redemptus Romæ eloquentiam docuit, cum sub ipso Pompeio, tum post ipsum sub Cæsare Augusto et postea, eodem, quo Cæcilius, tempore. Cum autem ob dicendi libertatem schola excidisset, in prædio Tusculano vitam transegit. Obiit Dabani post cœnam, cum vellet vomere, σφηνωθείς, cibo exitum non inveniente suffocatus. Multos libros scripsit.

Timagenes, historicus, *totius maris periplum* scripsit *libris V.*

Timagenes, sive Timogenes, Milesius, historicus et rhetor, scripsit *De Heraclea Pontica et claris ejus viris libros quinque.* Item *Epistolas.*

Timarchus, Arizeli F., prodigus et cinædus, quem Æschines rerum peregit, etc.

Timasion, adolescens Ægyptius, quem Apollonius, Tyaneus, cum moneret ut secum philosopharetur: O dii, inquit, qualem me dicam? Nam malus quidem non sum, bonum vero utrum me existimari oporteat nescio, etc. (ex Philostrato, lib. VI De vita Apoll. cap. 2.

Timesitheus, tragicus, ejus dramata sunt, Δαναΐ, δες β', Ἕκτορος λύτρα, Ἡρακλῆς, Ἰξίων, Καπανεύς, Μέμνων, Μνηστῆρες, Ζηνὸς γοναὶ, Ἑλένης ἀπαίτησις, Ὀρέστης, Πυλάδης, Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης.

Timocles, Atheniensis, comicus. Ex ejus fabulis sunt: Δημοσάτυροι, Κένταυρος, Καύνιοι, Ἐπιστο-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

λαὶ, Ἐπιχαιρέκακος, Φιλοδικαστὴς, Πύκτης. Memorat Athenæus in libris Dipnosophistarum.

Timocles alter, et ipse comicus ex cujus fabulis ut testis idem Athenæus, svnt Διονυσιάζουσαι, Ηολυπράγμων, Ἰκάριοι, Δῆλος, Λήθη Διόνυσος, Κονίσαλος, Πορφύρα (quæ aliis Xenarchi esse videtur,) Ἥρωες, Δραπόντιον, Νέαιρα (meretricis hoc nomen), Ὀρέστης, Μαραθώνιοι. Sunt et aliæ quædam. [Sed *Meursins*, in Bibl. Attica et Suidas, ad h. l. vol. III, pag. 475, censent Suidam male hunc posteriorem fecisse diversum a priore, cum idem sit comicus.]

Timocreon, Rhodius, comicus et ipse veteris comœdiæ. Huic inimicitiæ intercesserunt cum Simonide Melico et Themistocle Atheniensi, in quem etiam carmine (δι' ἐμμελοῦς τινος ποιήματος) vituperationem contexuit. Scripsit vero comœdiam in Themistoclem et Simonidem, aliaque.

Timolaus, Larissæus, Macedo, rhetor, Anaximenis Lampsaceni discipulus, qui cum ingenio poetico esset præditus, singulis Iliadis versibus singulos versus interseruit, et id opus Τρωϊκὸν inscripsit, hoc modo :

Μῆνιν ἄειδε, θεὰ, Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος,
Ἣν ἔθετο Χρύσου κεχολωμένος εἵνεκα κούρης,
Οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε
Μαρναμένοις, ὅτε Τρωσὶν ἄτερ πολέμιζον ἄνακτος,
Ἡολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν,
Ἕκτορος ἐν παλάμησι δαϊζομένων ὑπὸ δουρί.

Scripsit et alia quædam.

Timon, misanthropus, philosophus, qui sectam omnem aversabatur, ut invisus omnibus (ab Aristophane in Lysistrata) perstringitur. Hunc Neanthes ait, cum de pyro silvestri cecidisset, claudum factum esse : cumque medicum nollet admittere, putredine consumptum fuisse. Post mortem autem ejus, sepulcrum, in quo conditus erat, juxta viam fluctibus marinis a reliqua terræ parte divisum et inaccessum factum esse.

Timon, Phliasius, et ipse philosophus, qui scripsit *Sillos*, hoc est vituperationes philosophorum, *libris III*.

Timotheus, Atheniensis, comicus mediæ comœdiæ. Ex ejus fabulis sunt : Πύκτης, Παρακαταθήκη, Μεταβαλλόμενος ἢ Μεταφερόμενος. Est etiam Κυνάριον. Timothei comœdia, teste Athenæo in Dipnosophistis, (lib. VI, p. 243.)

Timotheus, Thersandri, vel Neomysi, vel Philopolidis F., lyricus, qui decimam et undecimam chordam (lyræ) addidit, et antiquam musicam ad molliorem modum traduxit. Fuit autem temporibus Euripidis, tragici, quibus et Philippus Macedo regnabat. Obiit ætatis anno XCVII. Scripsit versibus nomos musicos XIX, proœmia XXXVI ; Dianam ; Diascevas VIII ; Encomium ; Persas sive Nauplium ; Phinidas ; Laertem ; dithyrambos XVIII ; hymnos XXI, et alia quædam. Alexander musicorum audiendorum, si quisquam alius, cupidus fuit, Timotheum enim, tibicinem, aiunt, cum aliquando Minervæ ὄρθιον νόμον tibia caneret, Alexandrum adeo commovisse, ut inter audiendum ad arma prosiliret ; Timotheum autem dixisse, talia debere carmina regia. Hic tunc, missis celeri nuntiis, erat ab Alexandro arcessitus. (Conf. Esteri not. tom. III, pag. 474 sqq.)

Timotheus, Gazæus, grammaticus, tempore Anastasii, imp. in quem etiam tragœdiam fecit, vectigali publico quod chrysargyrum appellabat; Scripsit etiam versibus de animalibus quadrupedibus et feris quæ sunt apud Indos, Arabes et Ægyptios quasque Africa alit ; itemque de avibus peregrinis et de serpentibus libros IV.

Τιθύμαλλος. Consueverunt medici ostentationis gratia patrias herbarum nominare, v. g. laserpitium renaicum, tithymalus Laconicus, etc.

Τίτλος. Titulus a capite differt. Nam Matthæus habet titulos LXVIII, capita CCCLV ; Marcus, titulos XLVIII, capita CCXXXVI ; Lucas, titulos LXXX, capita CCCXLVIII ; Joannes, titulos XVIII, capita CCXXXII. Et τιτλάριον, titularium, pugillaris tabella.

Titus. Romanorum imp. Vespasiani F., vir omni virtutis genere ornatus, ut ab omnibus Ἔρως καὶ τρυφή, *amor et deliciæ generis humani* vocaretur. Nam et eloquentissimus erat, et bellicosissimus, et moderatissimus. Et Latina lingua quidem in administrandis publicis negotiis usus est, poemata reliquit et tragœdias Græce composuit. Expugnatis autem Hierosolymis coronas, a legatis finitimarum Palæstinæ gentium missas, repudiavit, professus non se ea fecisse, sed Deo, Judæis infenso, quæ commodavisse, etc.

Τὸ Δίωνος γρύ. *Dion, Alexandrinus*, philosophus celebris, cum a quibusdam adversariis turpiter vexatus, Topsii, luctatoris, maledictis proscinderetur, nihil respondit, atque in ædes suas reversus nihil iracundiæ præ se ferens adolescenti (Topsio, nempe) quidem dixit. Γρύ, sordes unguium.

Τὸ Ἡσιόδειον γῆρας. *Hesiodea senectus*, de iis qui provectæ admodum sunt senectutis. Pindari epigramma :

Χαῖρε, δὶς ἥβησας καὶ δὶς τάφου ἀντιβολήσας,
Ἡσίοδ', ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης.

Salve bis juvenis, salve bis nacte sepulcrum,
Mensura humani, o Hesiode, ingenii.

Τοὺς Ἱπποκράτους υἱέσιν εἴρεις. Hippocratis (hujus medici,) filios perstringunt comici, ut indoctos et spurcis moribus. Eorum nomina : Telesippus, Dromophon, Pericles.

Τὸν Κολοφῶνα ἐπίθες, *Colophonem adde*. Duodecim civitates Ioniæ in concilium, quod Panionium dicebatur, de communibus negotiis deliberaturæ convenire solebant. Quod si igitur suffragia essent paria, Colophonii calculum imparem addebant, qui cæteros vincebat, etc.

Τῶν εἰς τὴν φαρέτραν. Aiunt, Scythas, cubitum ituros, in promptu habere pharetram : atque si diem illum absque molestis transegerint, calculum album in pharetram conjicere ; si secus, nigrum. Cum igitur aliquis moreretur, prolatis pharetris, ad-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

:ulos numerabant, et pluribus albis repertis felicem A Deum præditus. Λ Justiniano impetravit Chosroes, ›rædicabant defunctum. Hinc dies albus pro felici.

Τόπος. Aristotelis Topica inscribitur opus, quod oci in illis traduntur, qmibus instructi de qualibet re proposita probabiliter argumentari possumus. Quidam censent librum primum non, Topicum, sed Πρὸ τῶν τόπων *ante locos*, inscribendum esse, etc.

Tragiamborum primus inventor Apollodorus, Asclepiadis F,, grammaticus. (Supra Apollodorus.)

Trajanus; patricius. Hic sub Justiniano, rhinotmeto, floruit, Chronicumque breve ac præstantissimum Σύντομον πάνυ θαυμάσιον scripsit. Erat idem Christianissimus et maxime orthodoxus.

Suetonius, Tranquillus, grammaticus Romanus, scripsit « De Græcorum ludis librum I ; De Romano- « rum spectaculis et ludis libros II ; De anno Romano B « librum I ; de notis, quarum usus est in libris Περὶ « τῶν ἐν τοῖς βιβλίοις σημείων librum I ; De Ciceronis « Rep. librum I, *in quo contradicit Dydimo ;* De nomi- « nibus propriis et formis vestium et calceorum, et « reliquorum quibus quis vestitur ; Περὶ δυσφήμων « λέξεων De verbis mali ominis, *sive De maledictis, et* « *horum quodque.* De Roma ejusque institutis et mo- « ribus libros II ; Συγγενικὸν Καισάρων, Familiam Cæ- « sarum, » quod opus continet eorum Vitas et successiones a Julio usque ad Domitianum « libris VIII; « Stemma illustrium virorum Romanorum. »

Τρία Στησιχόρου, *tria Stesichori,* id est Strophen, Antistrophen, Epodon. Tota enim Stesichoris poesis est epodica Et hominem prorsus imperitum perstringere volentes eum ne *tria* quidem *Stesichori* C nosse dicebant.

Tribonanius, Macedoniani F. ex causidis præfectorum prætorio, gentilis et impius, a Christianorum fide prorsus alienus, idemque adulator et impostor, qui Justiniano, cujus erat quæstor, conabatur persuadere, eum non moriturum, sed vivum in cœlum translatum iri. Ingenii acie valebat et apicem eruditionis attigerat, ita ut nullum ætatis suæ mortalium hac laude superiorem haberet. Sed legum nundinationi erat deditus, et inexplebili avaritia, quam splendore summæ eruditionis obscurabat.

Tribonianus, Sidetes, ex caussidicis præfectorum prætorio, et ipse vir multifariæ eruditionis. Scripsit versibus « Commentarium in Ptolemæi Cano- « nem; Concentum mundani et harmonici diathema- D « tis ; Εἰς τὸν πολιτεύοντα καὶ διέποντα, In gubernan- « tem et administrantem ; In planetarum domicilia *et* « *cur singulis domicilium hoc vel illud attributum sit*, « De XXIV pedibus metricis rhythmicis ; Metaphra- « sin Homerici navium catalogi ; Dialogum Macedo- « nium *sive* De felicitate ; Vitam Theodoti, philoso- « phi, libris III ; Orationem consularem ; *prosaice,* « *in Justinianum, imp.* Orationem de Regno, *in cum-* « *dem* ; De mensium permutatione, » *versibus.*

Tribunus. Hic tempore Chosrois vixit, genere Palæstinus, vir eruditus et arte medica nulli secundus ; singulari idem moderatione et pietate in

Triphyllius, episcopus, discipulus Spyridonis, Cyprii, thaumaturgi, cujus miracula litteris mandavit. Multa enim fecit Spyridon, ut in Vita ejus versibus iambicis scripta traditur, quæ quærenda sunt, ut valde utilia.

Τριταγωνιστής. Æstichenem multis in locis perstringit Demosthenes ut histrionem tragicum vilissimum in tertio ordine eum numerans. Primus Sophocles usus est tribus histrionibus et tritagonista. (Supra in Sophocle.)

Troilus, sophista, qui CPoli docuit. Scripsit « Orationes civiles ; Epistolarum libros VII. »

Τρόμητος. Demostpenes Æschinem inter alia dicteria vocat etiam γραμματοκύφωνα et filium cujusdem *Trometis*, litteratoris, sive primorum elementorum doctoris.

Τρόπαια. Antiqui Attici circumflectunt in penultima, τροπαῖον, recentiores in antepenultima accuunt, τρόπαιον. Antiqua vero lingua Attica est illa, cujus principes fuere Eupolis, Cratinus, Aristophanes, Thucydides ; Nova vero, cujus Menander et alii.

Τροφώνιος. Καὶ Τροφωνίου κατὰ τῆς παίγνια. Lebadiæ (in Macedonia) fuit oraculum, quod a descensu dictum καταβάσιον. Erant vero ibi fauces quædam, quæ tantum extremas pedum hominis partes capere poterant. Deum igitur consulturi, per certos prius dies servata castitate, et sacro habitu ornati ambabus manibus melittutas sive placentas, melle conspersas, tenentes, ad fauces illas sedebant, et repente sub terram abripiebantur. Trophonius autem fuit Eresini filius, fratris Agamedis, etc.

Τρυγοκωμῳδία, sic dicta, quod victores præmium acciperent τὴν τρύγα, hoc est, *vivum novum* ; vel, quod olim, cum larvæ nondum inventæ essent, τρυγί, fæcibus ora perungerent

Τρυγοδαίμονες. Veluti Cacodæmones dicti (comici veteris comœdiæ,) quod obsceni essent et impii et cavillandi studio totos se dederent.

Tryphiodorus, Ægyptius, grammaticus, et poeta heroicus. Scripsit « Marethonica ; Ilii excidium ; « De Hippodamia ; Odysseam littera (Σ) carentem » Poema de laboribus Ulyssis, et iis quæ fabulæ de illo tradunt.

Tryphod, Ammonii F,. Alexandrinus, grammaticus et poeta, qui vixit Augusti temporibus et ante. Scripsit « De pleonasmo dialectorum, quæ sunt in « Æolica lingua, libros XII ; De dialectis, quæ sunt « apud Homerum et Simonidem et Pindarum et Ale- « manem aliosque lyricos ; De Hellenismo (Περὶ « τῆς Ἑλλήνων διαλέκτου) et dialecto Argivorum, « Himerogorum, Rheginorum, Doriensium et Sy- « racusorum ; De inflexionum analogia librum

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

« De recti casus analogia ; De nominibus compa-
« rativis librum I ; De monosyllaborum analogia ;
« De nominum characteribus librum I ; De verbo-
« rum gravitonorum analogia, librum I ; De verbis
« encliticis, infinitivis, imperativis, optativis, deni-
« que omnibus ; De orthographia et iis quæ in ea
« quæruntur ; De spiritibus et tropis ; » et alia quæ enumerat Kuster. in nota 3, tom. III, p. 513.

Tyrannio, Epicratidis et Lindiæ, Alexandrinæ, F., Amisenus, qui Corymbi nuncupabatur. Vixit sub Pompeio Magno et ante, discipulos cum aliorum, tum etiam Hæstiæi, Amiseni, a quo etiam Tyrannio dictus est, quod condiscipulos exagitaret, cum antea Theophrastus diceretur. Postea etiam Dionysium, Thracem, Rhodi audiit æmulusque fuit Demetrii Erythræi. Idem Romam captivus a Lucullo ductus est, cum Mithridatem, Ponticarum gentium regem, ille debellasset. Romæ vere clarus et dives factus, librorum etiam ultra triginta millia sibi comparavit. Senex obiit, podagra confectus, olymp. CXX, anno tertio. Fabr. Kuster in nota 1, t. III, p. 518, primum notat, numeros esse manifesto vitiatos, quia diu post illam olympiadem Pompeius et Lucullus, sub quo Tyrannio vixit, floruissent. Hinc corrigit 'Ολυμπιάδι ρπ', id est *olymp. CLXXX.* Deinde observat hunc Tyrannionem scripsisse Περὶ τοῦ σκολιοῦ μέτρου, ὅ προύτέθη αὐτῷ ὑπὸ Γαΐου Καίσαρος, teste scholiasta Aristophanis ad Ranas, v. 1337. Num vero hic Tyannio, an alter sit, cujus mentio exstat apud scholiastam Nicandri, eruditos inquirere jubet. Adde supra in Catalogo grammaticorum Græcorum h. v. Harl.

Tyrannio junior, Phœnix, Artemidori F., discipulus Tyrannionis senioris, unde etiam nomen tulit, cum antea Diocles vocaretur. Captum bello inter Antonium et Cæsarem, Dymantes quidam, Cæsaris libertus, redemit. Postea Terentiæ, Ciceronis uxori, donatus est, a qua manumissus, Romæ docuit et libros scripsit LXVIII, ex quibus sunt : *De Homerica prosodia ; De partibus orationis*, in quo dicit nomina propria esse individua, Ἄτομα εἶναι τὰ κύρια ὀνόματα, appellativa vero, primitiva ; et participialia, derivativa ; *De lingua Romana*, eam a Græca oriundam esse. « Antigenis dialectus Ro-
« mana ; Recentiores poetas ab Homero dissentire ;
« Enarrationem partitionis Tyrannionis (*senioris*) ;
« Correctionem Homericam ; Orthographiam.

Tyrannio, Messenius, philosophus. Scripsit *libros III, De auguriis.* Exstant et alii ejus libri utiles.

Tyrannus, sophista, scripsit « De statibus cau-
« sarum et divisione orationis, libros X. »

Tyrtæus, Archimbroti F., Lacon aut Milesius, poeta elegiacus et tibicen, quem ferunt carminum suorum cantu Lacedæmonios ad prælium incitasse, et sic affecisse, ut bello contra Messenios victoria potirentur. Est autem antiquissimus, æqualis septem illorum, qui sapientes vocantur, aut etiam antiquior. Floruit olympiade XXXV. Scripsit *Remp. Lacedæmonis*, et *Præcepta vitæ* versibus elegiacis, itemque Μέλη πολεμιστήρια, *Carmina bellica*, quæ V. Lacedæmonii juraverant, se vel Messenam turos, vel mortem oppetituros. Cum autem lum jussisset ducem ab Atheniensibus Tyrtæum, poetam, hominem claudum ab iis perunt, qui ad virtutem eos cohortando, anno Messenam cepit : quam Lacedæmonii æquarunt, et captivos inter Helotas retulerunt

U

Ulpianus, Emesenus, sophista. Scripsit « tria, Emesa ; De Heliopoli ; De Bosporili « *plurimis.* Progymnasmata : Artem rhetoric

Ulpianus, Antiochenus Syrus, sophista, qu Emesæ docuit temporibus imp. Constantini scripsit orationes, declamationes, disputa λόγους, μελέτας, διαλέξεις, et alia quædam Ulpianum Kuster in tom. II, pag. 738, au esse opinatur Commentariorum in Demo adhuc exstant.]

Ulpianus, Gazæus.

Ulpianus, frater Isidori, philosophi, optimo præditus ad mathematicas scientias nomen ejus Athenis celebre fuit. Et Sy admirans ejus ingenium, multis narravit ipsi claven adeo intricatam et artificiose co tam offerri potuisse, quam non facile ape sed in reliqua philosophia nihil memorat edidisse. Juvenis et cælebs de vita decessit suæ bonitatis laude apud homines rel (Ex Damascio.)

Uranius, Syrus, CPoli oberrabat. arte sus medicam, qui cum ex Aristotelis nullum perfecte nosset, inani varia nione turgebat. Hic cum Areobin Persas profectus est, etc. (Ex *Agathia*

V

Valentinianus, imp. Rom. *Christianus*, quam Christum ejusdem cum Patre naturæ esse sentire tamen diverso cultui deditos *nulla* re vetant lens autem, Ariana infectus labe, multos in exsilium pepulit, quo tempore Ecclesiæ Romanæ Liberius præfuit, Alexandrinæ Athanasius, CPolitanæ Eudoxius, Arianæ impietatis magister, etc.

Valens, Romanorum imp. episcopos in exsilium misit et presbyteros et monachos, Tatiano tum Alexandrinam Ecclesiam regente, multosque Christianos excruciavit, et quosdam etiam igni tradidit. Hæc autem omnia post Athanasii obitum fecit Orthodoxi ex CPoli legationem ad Valentem Nicomediam miserunt, viros ex *ordine* sacro LXXI, quorum principes erant Theodorus, Curbagorum Menedemus, quos universos *cum ipsa* nave succendi jussit, quæ Dacibyza usque cum pervenisset, ibi dissoluta est. Hujus tempore *Lucius Arianus* Ecclesiam (Alexandrinam) tanquam lupus invasit, Petro Romam fugiente, taliaque *edidit facinora*, qualia ne in gentilium quidem persecutionibus perpetrata fuerunt. Nam tria hominum millia *emisit*, qui viros pios in deserto trucidarent et dissiparent.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Varus, Laodicensis, sophista, Polemonis et aliarum æqualis.

Vestinus, Julius sophista, scripsit « Compendium Pamphili glossarum libris IV, Voces selectas, ex Demosthene, Thucydide, Isæo, Isocrate, Thrasymæno et aliis oratoribus collectas. »

X

Xanthus, Candaulis F., Lydus, Sardianus, qui ixit eo tempore, quo Sardes captæ fuerunt. Scrisit *Lydiacorum* libros IV, in quorum secundo narat, Gygem, Lydorum regem, mulieres castrasse, it iis semper ætate et forma florentibus uteretur. dem refert, Alcimum quemdam in illa regione regnasse, hominem religiosissimum et clementissinum, cujus tempore et alta pace et opibus (Lydia) loruerit, etc.

Xenarchus, comicus, ex ejus fabulis est Βουκαλίων, teste Athenæo, II ; Dipnosophist. (34) nec non Πορφύρα, Σκύθαι, Δίδυμοι, Πένταθλοι, Πρίαπος, Ὕπνος, Στρατιώτης.

Xenocrates, Agathonis vel Agathanoris F., Chalcedonius, discipulus et successor Platonis, post Speusippum, quem excepit Polemon, et hunc Crantor. Hic missa sibi ab Alexandro Macedona triginta talenta ad eum remisit, dicens, regem, non philosophum indigere pecunia. Scripsit *De Platonis Republica*. Celebratur ejus temperantia et castitas. Hic (imo alius, ut suspicor), scripsit Οἰκοσκοπικὸν οἰώνισμα. Vide supra in Οἰωνιστικήν.

Xenophanes elegia quædam, etc. (de Pythagora ex Laertii VIII, 36 sqq.

Xenophon, Grylli F. Atheniensis, philosophus Socraticus, qui primus Vitas philosophorum (35) scripsit et Ἀπομνημονεύματα, sive dicta factaque memorabilia. Filios ex Philesia suscepit Gryllum et Diodorum, qui etiam Dioscuri vocati fuerunt. Ipse vero *Attica Apis* cognominatus est. Condiscipulus Platonis fuit, floruitque olymp. XCVIII. Scripsit libros supra XL, e quorum numero sunt hi : « De « institutione Cyri libri VIII ; De expeditione Cyri « libri VII ; Rerum Græcarum libri VII ; Convivium » et alia multa. Militavit contra Persas, cum Cyro profectus adversus Artaxerxem, fratrem, etc.

Xenophon, Antiochenus, historicus, Scripsit *Babylonica*, quod est opus amatorium.

Xenophon, Ephesius, historicus, scripsit *Ephesiaca*, sive libros decem de amoribus Abrocomi et Anthiæ, et *De urbe Ephesiorum*, atque alia.

Xenophon, Cyprius, historicus, scripsit *Cypriaca*, quod opus itidem est historia amatorii argumenti, agens de Cynica, Myrrha et Adonide.

Z

Zaleucus, Locrus, Thurius, Pythagoreus philosophus et legislator, qui pro patria pugnans obiit. Hic ante fuit servus et pastor ; disciplinis autem institutus suis civibus tulit leges, inter quas et hæc fuit, ut mulieres ingenuæ cum domesticis et una pedis sequa, candidis vestibus indutæ incederent, aliæ (meretrices) ἀνθιναῖς, versicoloribus.

Zamolxis, Pythagoræ servus, ut Herodotus libro quarto, Scytha, qui reversus in patriam docuit, animam esse immortalem. Mnaseas vero refert, apud Getas coli Saturnum, vocarique Zamolxin. Hellanicus in Νομίμοις, sive *Institutis barbaricis*, ait fuisse quemdam Græcum, qui Getis, in Thracia degentibus, τελετάς, *initia* demonstraverit, dixeritque, neque se moriturum, neque suos sectatores ; sed omnia bona habituros. His dictis domicilium subterraneum exstruxit, deinde ex Thracum oculis et conspectu se repente proripiens in hoc se abdidit ; Getæ vero ipsum desideraruut. Quarto anno post rursus apparuit, et Thraces omnia ipsi crediderunt. Aiunt quidam, Zamolxim servisse Pythagoræ, Samio, Mnesarchi filio, et libertate donatum, ista commentum fuisse. Terizi vero et Crobyzi credunt, animarum immortalitatem, et mortuos ad Zamolxin ire tradunt, quem rediturum esse aiunt, idque semper verum esse putant. Quamobrem sacrificant et convivantur, quasi defunctus sit rediturus.

Zeno, Teleutagoræ F., Eleates, philosophus, unus de illis qui accesserunt ad Pythagoræ et Democriti tempora ; vixit enim LXXVIII olympiade. Discipulus Xenophanis aut Parmenidis. Scripsit Ἔριδας, *Contentiones* ; *Enarrationem Emptdoclis* ; *Adversus philosophos de natura*. Hunc aiunt inventorem fuisse dialecticæ, ut Empedoclem rhetoricæ. Sed cum Nearchum, vel (ut alii tradunt) Diomedontem, Eleæ tyrannum, evertere vellet, captus est. Interrogatus autem ab ipso, linguam præmorsam ac resectam exspuit in tyrannum. Et in mortarium conjectus tundendo contritus est. Differunt Eleates (ab Elea (Italiæ) et Elaites (ab Elæa Asiæ in Æolia.)

Zeno, Musæi F., Sidonius, philosophus Stoicus (36, discipulus Diodori Croni, magister Zenonis, Citiei, scripsit *Apologiam Socratis et Sidoniaca*.

Zeno, Mnaseæ, vel Demii F. Citieus, ex Citio Cypri civitate, philosophus, Stoicæ sectæ auctor (supra, in Στοά) : discipulus Crateris Cynici, deinde Polemonis Atheniensis. Obiit anno ætatis XC, subinde de cibo aliquid detrahens, donec præ virium infirmitate tandem periret. Oraculum de vitæ genere consulenti, etc. (supra in συγχρωτίζεσθαι.) Phœnix cognominatus est, quod Phœnices illius oppiduli incolæ fuerint. Floruit sub Antigono Gonata olymp. CXX. Et proverbium, *Zenone conti-*

(34) Kuster ad vol. II, pag. 643, n. 1, existimat, quod hodie illius fabulæ, Βουκαλίων, nulla apud Athenæum lib. II, fiat mentio, nec ipse Athenæi liber II, integer ad nos pervenisset. locum illum, in quo Athenæus fabulæ *Bucalionis* mentionem fecisset, hodie intercidisse. HARL.

(35) Sed vide Tonsium, De vitis script. hist. lib. I, cap. 7, qui Suidam hic de philos. errasse contendit. HARL.

(36) Menagius ad Laertium VII, 35, legit philosophus ἐριστικός.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nenlior, Ζήνωνος ἐγκρατέστερος. Hic novæ philoso- A phiæ fuit auctor. Revera enim omnes specie vultus et gravitate et profecto etiam μακαριότητι, beatitate (apud Laertium VII, 28, μακροβιότητι *longævitate*, superavit.) Obiit expers morborum et optima semper valetudine utens.

Zeno, Dioscoridæ F., Tarsensis, vel, ut alii tradunt, Sidonius, philosophus, discipulus Chrysippi, Tarsensis, philosophi Stoici et successor.

Zino, Citieus, rhetor, an philosophus, incertum. Scripsit « De statibus causarum ; De figuris ; Com- « mentarium in Xenophontem, in Lysiam, in De- « mosthenem ; De argumentis oratoriis.

